NONII MARCELLI

PERIPATETICI TUBURTICENSIS

DE

COMPENDIOSA DOCTRINA PER LITTERAS AD FILIUM

ET

FABII PLANCIADIS FULGENTII

EXPOSITIO SERMONUM ANTIQUORUM.

AD FIDEM VETERUM CODICUM EDIDERUNT

ET APPARATUM CRITICUM INDICESQUE ADIECERUNT

FR. DOR. GERLACH & CAR. LUD. ROTH.

BASILIÆ

IMPENSIS LIBRARIÆ SCHWEIGHAUSERIANÆ.

MDCCCXLII.

PRÆFATIO.

De Nonio Marcello et olim sententiis variatum est, et etiamnunc multa incerta et dubia manent. Nam neque patria eius satis comperta est, neque, quibus parentibus et quo tempore natus esset, adhuc ad liquidum perduci potuit. Imo ipsius libri, qui Nonii nomen præfert, ea est ratio, ut haud facile dixeris, quid potissimum auctor in tanti operis farragine colligenda secutus esse videatur. Accedit quod in magna librorum manu scriptorum copia nequaquam satis exploratum est, quanta cuiusvis codicis sit auctoritas, aut quam ad normam iudicium editoris sit dirigendum. Novam igitur huius Grammatici editionem parantes facere non poteramus, quin de his quoque rebus paucis ageremus. Etsi enim opera nostra in emendandis potius quam in illustrandis verbis versata est, tamen ne critici quidem partes ab eo suscipi posse videntur, qui in his quæstionibus solvendis non aliquantum operæ studiique posuerit. Et primum quidem patriam Nonii quod attinet, hodie vix quemquam fore putaverim, qui ex cognomine *Tiburticensis*, (quam multorum librorum scripturam nonnulli in *Tiburiensis* corruperunt,) ita sibi persuadeat, Nonium aut Tibure esse ortum aut scrinia bibliothecæ Tiburtinæ, quæ in templo Herculis fuit, cfr. A. Gell. N. A. XIX. 5. compilasse eiusque auxilio variæ eruditionis volumen composuisse; quod Christ. Wassii iudicium fuit, cfr. Fabricii Bibl. L. ed. Ern.

p. 355. Nam vel leviter hanc quæstionem tangentibus mirum videatur, quod, exitu adiectivi mutato, *Tiburticensis* pro *Tiburtinus* scriptum sit, et in tot scriptorum locis, ubi Tiburis agrique Tiburtini mentio fiat, tamen nusquam nova hæc terminatio legatur. Sed re accuratius examinata satis constat, *Tiburticensis* neque unicam, neque optimorum librorum esse scripturam. Nam in codice Guelferbytano (W.) a manu prima *Tuburticensis* scriptum est, quod m. sec. in *Tuburcicensis* mutavit, et in codice, qui olim Petri Danielis, mox Salmasii, denique Is. Vossii fuit, cfr. Catal. Bibl. Leid. ed. 1716. p. 365. *Tuburgicensis* legitur; denique in aliis libris *Thiburticensis* exaratum est. Quæ quidem lectionis varietas ita est comparata, ut ad omnia alia facilius quam ad Tibur Italicum referatur. Iam quærentibus, cuius oppidi nomen ad hoc vocabulum gentilicium proxime accedat, admodum credo probabile videbitur, eius adiectivi originem ab oppido *Tubursicca* esse repetendam, quod municipium in Africa situm Sanctus Augustinus sæpius commemorat. Sed fecit haud dubie ad illius vocabuli originem obscurandam, et quod librarii scribendi rationem ad notioris urbis nomen conformabant, et quod plura oppida eiusdem fere nominis et paucis tantum litteris diversa in Africa sita fuerunt. Nam præter Θουβουρσίκκα, cuius situs apud Ptolemæum edit. Basil. Froben. 1533. 4.^{0} p. 243. κ̀θ. λὰ. γ΄. definitur, colonia Romana fuit Θουβουρνίκα, oppidum *Tuburnicense*, apud Plinium N. H. V. 4. quod ipsum diversum fuit ab oppido *Tuburbitano* maiore et minore, quæ in collatione Donatistarum sive Carthaginis, quam primus Pithœus edidit p. 147 et p. 207. commemorantur. Inde patet quatuor oppida numerari inter se diversa, *Tubursicum*, oppidum *Tuburnicense*, Tuburbin maiorem et minorem; sed ipsum Tubursicum duplex fuit. Alterum enim *Bure* cognominatur, ut videre est ex inscriptione, quam primus Shawius Vol. I. p. 220. publici iuris fecit et postea Maffeius et Donatus illustrarunt, apud Orellium Inscript. Latt. Nro. 3691.

VRBI. ROMÆ. ÆTERNÆ. AVG. RESP. MVNICIPI. SEVERIANI ANTONINIANI LIBERI THIBVRSICENSIVM BVRE.

ultimum vocabulum Orellius *Burense* vel *Burensium* explicat. Ad idem oppidum altera inscriptio pertinet, quæ et ipsa a Shawio edita fuit, sed maior pars vetustate corrupta est.

Q. ACILIO. PAPIR. . . . .
. . . .
ANONÆ. AVC. . . . .
SICENSIVM PROC. . . . .
THEATRI PON. . . . .
ADVOCATO. CODIC. . . . .
ADMINISTRATIONIS. HEREDI. . . . . . .
IN. ME. ET. CO . . . ENTIVM C. . .
LAVRENTIVM. VICO. AVGVSTINORVM
SACERDOTI . . . . REIP.
MVNICIPI. LIBERI. THIB. BVRE.
PATRONO.

quæ et apud Maffeium est, Museum Veron. CCCCLXII. 1. et emendatius expressa apud Seb. Donatum ad novum Thesaurum vett. Inscriptionum L. A. MVRATORII supplementum Lucæ 1765—1775. II. p. 349. 5. et 6. qui hæc addit: «*Tubersoke* olim *Thibursicomburi* in regno Tunetano» et paulo infra: «est sedes episcopatus Provinciæ Proconsularis Africæ et confundenda non videtur cum Thubursica Ptolemæi, quæ in Catalogo Episcoporum Africæ sita est in Numidia.» Alterum quidem oppidum hanc ipsam ob rem, quod in Numidia situm erat, *Tubursicum Numidarum* sive ut Henrico Norisio placet, *Tub. Numidiarum* vel *Numidiæ* nominatum est; cfr. eius Animadversiones in epistolas Sancti Augustini, Opp. ed. Antverp. 1703. Fol. T. XII. p. 511 sqq. Sed *Tubursicum Numidarum* etiam in Collectione Conciliorum Maxima T. IV. p. 239 exaratum est, si editori satis diligentiæ his quoque in rebus fuisse statuis, idemque ex Aethici Cosmographia coniicias, ubi perperam *Tubursicum Midorum* scriptum est, cfr. Pomp. Mela ed. Lugd. B. 1722. p. 722. sed apud Iulium Honorium, ibid. p. 767. *Tubursicu-Numidorum* oppidum scriptum est, unde genuina lectio *Tubursicum Nu-*

midarum facile restitui potest. Alio modo Geographus Ravennas nomen corrupit, qui lib. III. ibid. p. 767. inter oppida in Numidia Byzacene *Thugursicum* commemorat. Duobus his oppidis tertium accedat, si, quod Cyprianus in Indice episcoporum Africæ nominat, *Tubursum Commodianam* ab his diversam fuisse statuis, sed ex inscriptione, quam supra laudavimus, facile credideris, *Tubursum*, hoc enim primarium nomen fuisse existimo, cum ob aliorum imperatorum merita Antoniana et Severiana diceretur, Commodianam appellatam fuisse, quod etiam a Commodo aucta fuerit. Ceterum si quis est, qui miretur, quod idem nomen pluribus oppidis inditum fuerit, aut quod eiusdem urbis nomen varie scriberetur, hunc velim recordari, utriusque rei plurima exempla in Africæ oppidis occurrere. Quatuor oppida numerantur, quibus nomen *Tucca* fuit, cfr. Noris. p. 513. *Mustis* altera in provincia proconsulari, altera in Numidia nova fuit, Noris. 512. b. episcopi *Inucenses* duo fuere, quorum sedem non unum oppidum fuisse Norisius docuit ibid. Sed quam varie idem nomen scriptum et pronuntiatum fuerit, multa sunt exempla: *Milevis* et *Mileus*, *Unuca* et *Uluca*, *Ammedera* et Μάδουρας, *Tabathra* et *Tabacra*, *Bula*, *Bulla*, *Bullaria*, *Laris* apud Salustium, *Laribum* apud Procopium etc. cfr. Noris. 512. 513 b. Quæ omnia non magis inter se differunt, quam *Tubursus*, *Tubursica*, et *Tuburticensis*, *Tuburgicensis* et *Thibursicensis*. Quare ne opus quidem est, ut quam frequens litterarum *s* et *t* inter se fuerit mutatio commemoremus, qua de re vide, si placet, Lobeck. ad Phrynich. p. 194. et Conr. Leop. Schneider Elementarl. p. 332. id quod fieri necesse fuit in nominibus barbaris, ad pronuntiandum difficillimis. Multo minus etiam in eo aliquis offendat, quod vocales *u* et *i* promiscue ponantur, cfr. Gruteri Inscriptt. Index Gramm. p. XCV. *V* pro *I*. Antiquissimam igitur vocabuli formam *Tubursus* esse iudico, unde *Tubursica* originem duxit. Inde forma adiectivi *Tuburticensis* orta, aut propter similem litterarum *s* et *t* sonum aut quod librarii analogiam adiectivi *Tiburtinus* sequebantur. Iam *Tuburcicensis* et *Tuburticensis* non multum inter se differre neminem fugit, et quam

sæpius *c* et *t* litteræ in exitu vocabulorum confundantur, vel pueris notum. ***Tuburgicensis*** denique novissimam formam esse statuo, quam non inde derivandam duco, quod nonnulla urbium nomina modo *c*, modo *g* scribantur, ut ***Vacca, Vaga***, sed ea soli librariorum socordiæ deberi videtur.

Iam si quæritur, cum duobus oppidis nomen Tubursica (sive um) fuerit, unde Nonium ortum esse existimem, Tubursicam Numidarum eius patriam fuisse affirmare non dubito. Alteri enim ubique fere *bure* additum esse videtur. Nam et apud Augustinum contra Cresconium, Lib. III. c. 43. (47.) episcopus a ***Thubursicubure*** commemoratur, et iterum contra litteras Petiliani Lib. III. c. 40. (43); apud Fabricium autem Bibl. Græca T. XII. p. 139. qui episcoporum sedes in Africa enumerat, ***Tubursicuburensis***, ***Tubursicensis in Numidia, Tubusicensis, Tubarsicensis in Numidia*** nominantur. Quibus ex locis manifestum esse videtur, nullo cognomine adiecto Numidicum, ubi *bure* adscriptum est, Africæ proconsularis oppidum, cuius caput Carthago fuit, significari. Et illud quidem inter Hipponem et Cirtam situm fuisse iudicat Norisius; in hoc enim itinere Augustinus anno CCCXCVII. Tubursicum pervenit, cfr. T. II. Ep. 44. p. 76. Ed. Antverp. et p. 81 b. sub fin. Quod ut dictu speciosum esse non negaverim, ita hoc argumento satis comprobatum esse nego. Recto enim itinere se Cirtam contendisse Augustinus non ostendit, et initium epistolæ: «Fortunium, quem Tubursicum habetis episcopum, per eandem civitatem, quanquam festinantissime, cum ad Cirtensem ecclesiam pergeremus, experti sumus ita omnino» etc. significare videatur, Augustinum paulisper via deflexisse, ut illum episcopum viseret. Ptolemæus Tubursicum in Numidia nova simul cum urbe Thigiba et Ammedera inter Ampsagam fluvium et oppidum Thabracam nominat eorumque situm litteris κ̀θ λὰ γ' accuratius describit. Cellarius idem oppidum a Thigiba meridiem versus situm fuisse statuit. Possit aliquis in tabula geographica Reichardiana locum ei inter Theveste et Calamam assignare. Sed nisi accuratior istorum locorum cognitio facta fuerit, coniecturis res ad

liquidum perduci non potest. Id satis constat Tubursicum in Numidia nova non procul a fluvio Ampsaga situm episcopi sedem fuisse. Sed quo tempore colonia deducta aut civibus et Christianis quidem tam aucta fuerit, ut episcopi sedes facta sit, parum compertum est. Nam cum inde a Iulio Cæsare dictatore, Augusto, Claudio, Vespasiano, Antonino, Commodo, Severo coloniæ civium Romanorum in Africa constitutæ sint, (cfr. Plin. N. H. c. 1—4. et Inscriptt. supra laudatæ) id solum probabiliter colligi posse videtur, Tubursicum in Numidia nova ab eiusdem nominis civitate in provincia proconsulari initio secundi post Chr. n. sæculi coloniam deductam et tertio sæculo ineunte episcopi sedem factam fuisse, quippe quam Cyprianus iam commemoraverit, si quidem *Tubursus Commodiana* et Tub. Numid. idem oppidum designat. Alius episcopus a Tubursica Numidiarum anno CCCCXI. nominatur, cfr. Collect. Concil. Max. Vol. IV. p. 239. et apud Augustinum et in actis Conciliorum Ed. Paris. XII. Voll. in Indice *Tubursicensis* episcopatus in Numidia sæpius occurrit.

In hoc igitur oppido Nonius Marcellus natus esse videtur, non ante annum L. sæculi secundi, quod A. Gellium, qui Noctes Atticas intra annos CL et CLXV elaborasse putandus est, multis locis exscripsit. Posteriorem autem Appuleio Nonium fuisse, inde colligunt, quod eum uno loco laudavit, cfr. p. 49 a. nostræ edit. Sed ante sæc. VItum eundem vixisse testimonio est, quod ipse a Prisciano laudatur, cfr. edit. Krehl. p. 43. 278. 477. Nonii igitur ætatem accuratius definientibus, si nulla aliunde argumenta accesserint, optio relinquitur, utrum tertio an quarto an quinto eum sæculo vixisse malint. Iam hoc neminem fugit, rem esse ad diiudicandum difficillimam, scriptoris ætatem constituere, de cuius parentibus, natalibus, vita et moribus nil plane innotuerit. Ipsa autem oratio, cui homines docti plurimum tribuere solent, vix minimi momenti instar in eo libro habere potest, qui nil aliud quam aliorum scriptorum verba explicat, et in vulgatissimis interpretum dicendi formulis continetur. Non mirum igitur, quod homines docti, qui litterarum Lati-

narum historiam contexunt, quælibet scriptorum loca in testimonium citarunt et in lucro deputarunt, si quid ad Nonii Marcelli ætatem illustrandam facere videbantur. Ita factum est, ut Carmen XIX. D. Magni Ausonii, quod infra scriptum est, ad nostrum Nonium referretur.

Nec te, Marcello genitum, Marcelle, silebo,
    Aspera quem genetrix urbe, domo pepulit.
Sed fortuna potens cito reddidit omnia et auxit.
    Amissam primum Narbo dedit patriam.
Nobilis hic hospes, Clarentius, indole motus,
    Egregiam natam coniugio attribuit.
Mox schola et auditor multus prætextaque pubes,
    Grammatici nomen divitiasque dedit.
Sed nunquam iugem cursum fortuna secundat,
    Præsertim pravi nacta virum ingenii.
Verum oneranda mihi non sunt, memoranda recepi
    Fata, sat est dictum, cuncta perisse simul.
Non tamen et nomen, quo te non fraudo, receptum
    Inter Grammaticos pertenuis meriti.

Quæ quomodo ad nostrum Nonium trahi potuerint, equidem non video. Primum nulla eius patriæ inest significatio, quæ quo remotior erat, eo minus silentio præteriri potuit. Tum ne verbum quidem fecit Ausonius de variæ eruditionis volumine, quod ne illi quidem ætati levidense videri potuit; neque hominem tam doctum inter Grammaticos pertenuis meriti numeratum fuisse putaverim. Sed quod longe gravissimum est, Nonius ille Tuburticensis cognominatur, hic Narbonensis. Duplicem igitur eiusdem nominis personam fuisse, extra omnem dubitationem positum est; quæ quidem contra Funccium et contra Osannum, hominem doctissimum, qui ei adsentitur, dicta puta; cfr. Funccius de inerti et decrepita linguæ Latinæ senectute p. 502. et Osann Beitræge zur Griech. und Rœm. Litterargesch. p. 381. sqq. Sed quod Vinetus suspicatus erat, Marcellum Narbonensem filium fuisse Marcelli, viri illustris, ex magno officio Theodosii senioris, cuius exstat liber de Empiricis ad filios, in quo civis

sui Ausonii medici mentionem fecerit, qui pater D. Magni Ausonii fuerit, hæc omnia satis esse probabilia, sed nihil ad Nonium Tuburticensem pertinere manifestum est. Accedit quod, quæ argumenta ex singulis verbis petita sunt, ut fine quarti vel initio quinti sæculi Nonius Marcellus vixisse videatur, ea omnia tam infirma sunt, ut contrarium potius iis confirmari putaverim. Ex iis enim verbis, quæ quarti vel quinti sæculi esse putantur, quod non ante hoc tempus scriptorum testimoniis confirmari possint, nonnulla ex. gr. *agrimensor*, *coxo*, *tabularius*, *sudarium*, ita sunt comparata, ut ipsius Ciceronis ætate fingi potuerint; tam parum habent, in quo offendas. Sed qui, tot tantisque litterarum Latinarum monumentis amissis, tamen constituere posse sibi videntur, quæ cuique sæculo verba tribuenda sint, eos non satis diligenter reputasse putaverim, multa in ore vulgi esse et sermone omnium celebrari, antequam poetarum et historicorum testimoniis illustrentur. Imo ipsorum æqualium scriptorum magnam esse orationis diversitatem, quis est qui nesciat? Percurrat mihi aliquis Varronis et Vitruvii libros eosque cum optimo quoque eiusdem ætatis scriptore comparet, vix asperam illorum et horridam orationem et Horatianam sermonis elegantiam eodem sæculo natam esse existimet. Sed per se patet hominum, qui patria relicta in terræ remotissimæ coloniam mittantur, cotidiano barbarorum commercio multo magis orationem corrumpi, præsertim cum raro utique litterati homines et eruditi, sed milites, rustici et turpis atque ieiuna plebecula solum patrium mutaret. Sed in Africa provincia sermonis Latini nitorem maturius etiam periisse putaverim, et quod Afrorum mores omni tempore ab humanitate et cultiore vita abhorruerunt, et quod ibi litterarum studiis maxime religio Christiana incrementum attulisse videtur, quæ ut ad mores emendandos, ita ad integritatem sermonis corrumpendam valuit. Nihilominus tamen ex Nonio pauca tantummodo verba ab iis sunt notata, qui eius ætatem usque ad sæculum quintum detruserunt. Quod quidem difficillimum esse supra vidimus, cum in libro, quod in verborum significationibus illustrandis versatur, propriæ orationis ac stili vix pauca invenias

vestigia, et Grammaticorum imprimis plurimæ sint dicendi formulæ, quæ quasi per manus traduntur et per plurima sæcula manent immotæ. Vituperaveris quæ p. 290 b. leguntur: «poesis est *textus* scriptorum, poema inventio parva,» sed præiverunt Quinctilianus et Manilius; quanquam fuerunt, qui vocabulum *textum* apud Quinctilianum suspectum haberent. *Distantiam habere*, quod Nonius et p. 291 a. et alias usurpat, impugnatum est; sed *distantia* et *distare* eadem significatione apud eundem Gellium et ipsum Ciceronem legitur. *Indifferenter* i. e. sine discrimine notarunt, sed ante Nonium apud eosdem occurrit. Ita p. 270. «*Saucii* dicuntur proprie vulnerati, non moesti sicut vult consuetudo.» Hæc consuetudo iam apud Appuleium est: «mihi fatigationis hesternæ etiam nunc saucio» Lib. II. et itidem: «Psyche, ægra corporis, animi saucia.» Non. p. 98 a.: «*nubere* non solum mulieres, sed etiam viros dicebant, ita ut nunc Itali dicunt.» Hæc ut auctoritate Varronis confirmantur, ita apud Tertullianum frequens eius verbi usus, cfr. præter loca in Lexicis notata de Exhortat. castitatis, p. 111. ed. Semler. Certa posterioris ætatis indicia deprehendere sibi visi sunt, quod Nonius p. 55 b. et 56 a. *in tractatibus philosophorum* dixerit, ignari, credo, post frequentem huius vocabuli usum apud Quinctilianum novam illam significationem non magis esse insolitam, quam quod Cicero librum *disputationes Tusculanae* inscripserit, sed magis etiam reprehendendi, quod idem vocabulum iam a Plinio maiore et a Gellio eadem significatione usurpatum fuisse ignorarunt, cfr. N. H. XIV. 4. Gell. N. A. XIV. 2. 21. ubi ex sequentibus: «et præcepta Aelii Tuberonis — quæ nuperrime legi» manifestum est, commentarios esse intelligendos. Iam quod Nonius p. 59 a. significationem culinæ sua ætate aliam esse dicit, inde nil sequitur, quia iam apud Appuleium mutata vocabuli significatio legitur. Eiusdem sunt generis quæ p. 576 a. et 577 b. de mutatis nominibus certorum colorum animadvertit, ubi nil mirandum quam quod fuerunt, qui *Spanum* pro Hispanum iam tertio sæculo dictum fuisse negarent. Plurimum difficultatis vocabulum *mafurtium* movet, quod tum pro *ricinio* positum testatur Nonius. Sed hoc haud dubie Græcæ originis

fuit (μαφόριον) quæ quo tempore in usum venerit, haud facile dixerim. Sæpius apud Cyrillum, Athanasium et Basilium legitur, cfr. Du Fresne Lexicon mediæ et infimæ Græcitatis s. v. unde simul cum doctrina Christiana invectum fuisse coniicias. Sed etiamsi non paucos fore putaverim, qui Latinam etymologiam secuti, *mavors* sive *mafors*, *mafortium* sive *mavortium* antiquiorem scripturam esse iudicant, et ad Servium Schol. ad Aen. I. 282. nos relegant, ut Latinam eius vocabuli originem comprobent, tamen hac iudiciorum diversitate posterior Nonii ætas non confirmatur, quanquam Burmannus de scholii illius integritate parum recte dubitasse videtur. cfr. Suringar de Ant. Interp. Virgilii p. 81. N. Neque quæ ab aliis notata sunt vocabula, posteriori utique sæculo tribuenda sunt. *Ars*, quod Nonius 517, 10. et 487, 1. pro Grammatica usurpavit, Donatus et Victorinus tuentur. *Deputati* apud Non. 59, 3. præter Palladium Tertullianus de Pœn. 3. habet. Adiectiva *temporalis* Non. 422, 11. *corporalis* 466, 14. *incorporalis* 466, 15. *incorporeus* 465, 15. quæ Christiani hominis videri possint, apud Senecam, Gellium, Quinctilianum passim leguntur. *Fornus* Non. 531. 532. ex Varrone repetendum. *Popularitas* N. 523. iam Plinius, Tacitus et Suetonius aliquoties usurparunt. *Vitabilis*, quod apud Nonium pro *horrendus, formidolosus* ponitur, cfr. 43. 126. 319. 337. 390. 391. 413. 422. 461. iam apud Ovidium novam hanc significationem habet. Ep. ex Ponto IV. 14. 31: Esset perpetuo sua quam vitabilis Ascra, Ausa est agricolæ Musa docere senis. Præterea apud Arnobium est, Nonii, ut equidem existimo, æqualem, cfr. Lib. V. p. 165. «illum fœtor vitabilem reddidit fugiendumque caprinus.» Verborum *Aurigo* et *Aucupo* activa forma non opus est, ut exemplis confirmetur, cum passim apud Ennium, Pacuvium, Accium occurrat. Sed *suspiciter* Non. 326. *sensibilitas* 173. et *telonarii* 24. ni fallor, nullius scriptoris auctoritate ante Nonium confirmantur, et nove dicta esse videntur, nisi quod Tertullianus de Idol. c. 12. *telonium* habet, unde *telonarii* derivatum est. Sed hæc venia danda est Grammaticis, neque Senecam, quod tantum a Ciceronis oratione abhorruit et tot

nova rerum vocabula finxit, multis sæculis post natum esse iudicamus. Quid? quod Gellius, quem multi celebrant, ut eo acerbius Nonium reprehendant, non solum multas novas verborum structuras induxit, sed etiam plura vocabula invenit, quæ multo propius ad barbariam accedunt. cfr. præter multa adiectiva, quæ in *bilis* desinunt, v. c. *indeprecabilis, indissimulabilis, incongelabilis, inopinabilis, inadulabilis, incohibilis, inprehensibilis*, etc. *inpromiscuus, invulgatus, inauditiuncula, frequentamenta, manuarius, extrilidus*, multaque alia, quæ ex indicibus verborum nota sunt.

Idem Censorino vitio datur, qui prior Nonio fuit; qui *collatus* pro congressu, *concordabilis* et *inaudibilis, exignescere* et *exaquescere, membrari*, et alia monstra finxit aut ex lingua vulgari recepit. Quæ quidem accuratius examinantibus vix putaverim probabile videri, Nonii ætatem Censorino et Gellio multo esse posteriorem, aut eundem propter pauca verba insolita in sæculum quintum esse transferendum. Sed ut Nonii orationem a tertii sæculi sermone abhorrere nego, ita ab iis dissentio, qui eum Gellii ætatem attigisse inde collegerunt, quod, cum multa ex illius libro in usum suum converterit, multa iisdem fere verbis transscripserit, tamen nullo loco nomine eum laudet. Et ut intelligatur, quomodo Gellii fontibus hortulos suos irrigarit, interpretatio vocabulorum, quæ infra scripta sunt, conferenda est: *maturare, lictor, soror, humanitas, facies, vestibula, bidentes, receptitium, siticines, iumentum, arcera, aedituor, adulterionem, apludas, cisium, celeratim, copiantur, compluriens, divitant, diurnare, delicium, elucificare, educare, flavissas, inimicitiam, equitare, ignavum, illatebrant, memordi, metus, mendicimonium, laboriosum, lutescit, opuliscere, proximi, noctescere, nidulantur, profligare, proletarii, recentatur, strigosus, suspiciosus, subices, scrattae, saltuatim, virescit, verruca, vibices, cor, cupressus, frons, mundus, nuntius, nervia, torquem, squalere, transgressus, elegans, morbum, meminisse, mentiri, properare, materfamilias, intemperia, fur, halucinari*, et præterea 342 a. 342 b. 367 b. nostræ editionis. His omnibus locis non modo testimonia a Gellio congesta exscripsit, sed sæpius etiam vocabula iisdem fere verbis,

quibus Gellius, explicuit; sed eodem modo etiam multis aliis auctoribus usus est, quorum nomina non adscripsit. Ipsum autem Gellium aperte nonnullis locis significare videtur, non addito nomine. Primum p. 88 b. *inauditum* quod non audiat; in veteribus prudentibus lectum est: *quaedam animalium aliud alio carent, aut a natura gignuntur aut inodora aut inaudita,* eadem apud Gellium leguntur VII. 6, 1. nisi quod: *et aut caeca n. g. a. inora inauritave* varietas scripturæ est. Nonius p. 355 b. «intemperia pro intemperantia apud veterem auctoritatis obscuræ: *has eius intemperantias in maritum,*» cfr. Gellius I. 17, 2. *has eius intemperies in maritum.* Nonius p. 299: «Die quarta et die quarto hoc differre prudentes volunt, quorum tamen auctoritas in obscuro est, ut sit *die quarto* temporis præteriti, *die quarta* futuri.» cfr. Gell. X. 24, 10.: «hoc igitur intererit, ut die quarto quidem de præterito dicamus; die autem quarte de futuro.» Nonius p. 116 b: singulum pro singulare . . . . . apud alium auctoritatis incertæ: *nisi dixerat, nummo singulo multabatur.* cfr. Gell. XVIII. 13, 6. ubi eadem verba. Nonius 127 b. *Victurus*, victoriam potiturus auctoritas prudentium putavit esse: *Pyrrhusne rex an Manius Curius proelio victurus esset*, quæ sunt verba Furii philosophi apud Gellium XIV. 1, 24. Ex quibus locis manifestum est, hæc aut ex ipso Gellio aut ex eodem fonte esse petita. Sed vix adduci possum ut putem, nomen Gellii a Nonio non fuisse adscriptum, ut hæc et multa alia ipse invenisse videretur. Hæc enim intelligentibus occulta esse non poterant. Neque quæ addit verba: *obscurae auctoritatis,* ad eius laudem minuendam dicta putaverim. De multis enim et clarissimis scriptoribus idem facit iudicium, cfr. p. 14 b. «feminino apud Cæsarem et Catulum et Calvum lectum est, quorum vacillat auctoritas» cfr. p. 136 a. «*testa* neutro apud obscuræ auctoritatis, sed summos scriptores legimus.» Catonem enim, Varronem, Ovidium, Plinium, Petronium, Mummium et Afranium apud Charis. I. 118. hac forma usos esse invenimus. Iterum p. 146. «nuntius generis neutri apud aliquos non receptæ auctoritatis lectum est, sed doctos.» Non. p. 50 a. «Apludas frumenti furfures

dicunt rustici veteres. Hoc in antiquis invenitur, quorum in dubio est auctoritas," quod fuerunt qui ad Gellium XI. 7, 5. referrent. Sed cum apud eundem Plauti et Caecilii mentio facta fuerit, hoc non utique necesse est. Eadem est ratio loci p. 70 a. s. v. *diurnare* cfr. Gell. XVII. 2, 16. ubi Nonius addit: «apud veterem prudentem auctoritatis incognitæ» quæ et ad Gellium et ad Claudium Quadrigarium referre licet. Iam ignoramus quidem, quam ad normam Nonius scriptorum auctoritatem exegerit, sed hoc dubium esse non potest, quin Gellio tantum tribuerit, quantum summis scriptoribus, nisi quod nomen eius non adscripsit. Quibus rationibus adductus hoc omiserit, nonnisi coniecturis assequi licet. Iam quod non exposuerit, unde innumera illa scriptorum loca excerpserit, nemo ei vitio vertat. Hoc enim ipsius operis ratio ita ferebat. Quibus autem locis ipsius Gellii verba laudavit, auctoris nomen omittere potuit, aut quod liber eius omnium manibus versabatur omniumque mentibus hærebat, aut quod Grammatici auctoritatem æqualibus parum firmam videri iudicavit, aut quod ipse a se impetrare non potuit, ut hominis docti atque eruditi, sed qui vix sæculo ante natus fuerit, nomen posteris traderet. Aequales igitur Gellium et Nonium fuisse, ex nomine omisso colligi non potest, veterem enim et antiquum Nonius eum appellat; sed longiore temporis spatio quam sæculo disiuncti esse non poterant, quia Grammatici, qui infra Appuleii ætatem fuerit, nomen vix tantis laudibus ornari potuit, ut *vetus prudens* et *antiquus* nominaretur.

Hæc hactenus de patria et de ætate Nonii Marcelli, quem quidem Tubursico in Numidia ortum tertio sæculo librum de Compendiosa doctrina per litteras ad filium scripsisse statuimus.

Hanc igitur inscriptionem, quam optimi codices confirmant, e nostris Guelferbytanus (W), quam Osann. p. 387. comprobat, nos genuinam et ab ipso auctore profectam esse iudicamus. Litterarum quidem ordinem tantum in capitibus II. III. IV. secutus est, sed hæc multo maior pars operis est, et a parte potiore denominatio. Cuius quidem libri quæ ratio sit, admodum difficile est ad disquirendum.

Quodsi enim a sex postremis capitibus discesseris, quæ ad Pollucis exemplum varia nomina rerum, quæ eiusdem sunt generis, enumerant, reliquum corpus facile pro rudi indigestaque mole habueris, quam disponere et in ordinem redigere ne ipse quidem auctor operæ pretium esse duxerit. Putaveris esse excerpta ex commentariis paulo doctioribus, qui in verborum usu accuratius illustrando versati fuerint. Sed aliud quid spectasse auctorem iam inde manifestum est, quod maiorem illius farraginis partem ad Lexici formam composuerit. Et mihi quidem, rem accuratius examinanti, pars quarta totius libri caput esse videtur, quippe in qua ad certam quandam normam, quorum verborum explicatio Nonii ætate necessaria esse videbatur, variæ significationes optimorum scriptorum testimoniis illustratæ fuerint. Sed etiamsi hæc pars ad Lexici, quod dicitur, formam propius accedit, multa tamen sunt omissa, quæ vel illis temporibus tali in opere accuratius erant explicanda.

Vix enim causam probabilem afferas, cur auctor primum caput a quarto seiunxerit, nisi diversis temporibus duos commentarios scriptos esse statuis. Inest sane priori recondita quædam et altior doctrina et ea potissimum vocabula explanata sunt, quæ longius a vulgari sermone recedunt. Qua de re ut variant vel doctiorum hominum iudicia, ita multa immixta sunt, quæ commodius quarto capite tractari poterant. cfr. *reserare*, *agilem*, *paupertas*, *abundare* etc. Sed *de proprietate sermonis* hunc librum inscripsit, quia, quantum pro illius sæculi ingenio fieri poterat, accuratius in originem verborum inquisivit, et quomodo translata significatio a propria derivanda sit, pro virili exposuit.

Multa quoque in secundo capite tractantur, quæ qua norma iudicii peculiari commentario explicata sint, vix assequaris. Sed videntur hæc esse seiuncta, quod illorum hominum iudicia de vi et usu verborum a prioribus scriptoribus iam maxime abhorruerunt. Quæ enim illi ætati obsoleta videbantur rerum vocabula, aut quorum verborum significatio, longo temporis spatio mutata, a puro et simplici sermone longius abfuit, ea Nonius antiquis scriptoribus usitata,

satis polita et eleganter dicta fuisse comprobavit. Atque ex ea, quæ est in hoc capite verborum electio, fortasse facilius, quam ex paucorum verborum insolentia, quibus ipse usus est, cognosci poterit, quantum illius ætatis oratio a veterum scriptorum pura et incorrupta consuetudine dicendi recesserit. Quam enim aliam causam fuisse statuis, quod auctor verba *antiquari, brutum, balbutio, cognomen, demoliri, exornare, exponere, canus, cordi, causari, contrahi, contractio, e regione, emancipatum, formidolosus, gratulari, gratificari, impotens, infitiatores, multitudo, officere, potus, sodalis, titio, vervex,* suis æqualibus explicanda esse censuit, eaque honesta et nove dicta esse testimoniis antiquorum scriptorum ostendit? Et hoc quidem consilio omnia illa vocabula illustrata fuisse, ex eo manifestum est, quod etiam antiquiores verborum formas, *abscondit* pro *abscondidit, danunt, comedim, comest,* admiscuit. — Inscriptione capitis sexti, *de impropriis,* facile aliquis adduci possit, ut putet, de quibus hoc loco egerit auctor, ea plane esse contraria primi capitis disquisitionibus. Sed eadem fere huius, quæ antecedentis capitis est ratio. Quorum enim verborum translata significatio suæ ætatis hominibus parum certa aut incognita fuit, ea sibi sumpsit illustranda. Sed hæc quoque maximam partem tam vulgata, ut iure mireris, quod in iis explicandis Nonius operam et studium consumpserit. Accedunt cap. V. pauca *de verborum differentiis,* ubi diversitas nominum et verborum similium satis scite illustratur, quæ corrupta dicendi consuetudo confundit, separantur, et uniuscuiusque vis propria scriptorum veterum testimoniis explanatur. In multis quidem auctor erravit, aliena composuit, nonnulla minus recte discernit, et, quod ubique fere animadvertitur, plus docet aliorum exemplis quam suis explicationibus.

Iam ut primo, secundo, quarto, quinto et sexto capite ea complexus est, quæ ad verborum et sermonum significationes illustrandas pertinebant, ita III. VII. VIII. IX. X. XI. XII. Grammatica tractavit, sed ne ea quidem satis disposita apteque collocata. Cum enim tertio capite, quod *de indiscretis generibus* inscriptum est, rem difficillimam attigisset, quod in vario generis usu magna est scriptorum

discrepantia, commode potuit adiungi cap. **VIII.** *de mutata declinatione.* Nam etiam in superiore commentatione multa commemoraverat, quæ vario modo desinunt, *us—io, a—um, um—tus, mentum—itia* etc. Quibus similia etiam in cap. **VIII.** laudantur, *scriptio—scriptura, cultio—cultura, timor—timos*, nisi quod nulla generis est diversitas. Iam apposite sequuntur quæ de *numeris et casibus* collegerat (cap. **IX.**), quæ omnia sunt eiusmodi, ut ad verborum structuras illustrandas faciant. Multa quidem congesta sunt, quæ sanum iudicium respuat; casuum enim nomina non certis quibusdam verborum iuncturis, sed terminationibus tribuit, ita ut ex. gr. ubique accusativum esse statuat, ubi verba in *um* desinunt; sed hic nominis, non rei error est, et multa ad veterum scriptorum orationem explicandam utilia invenies, ex quibus studium grammatices, quod illa ætate fuit, facile intelligas.

His accedit cap. **XII.** *de doctorum indagine*, quod eorum, quæ adhuc enumeravimus, quasi supplementum est. Inscriptio quidem altiora quædam promittit, sed sunt varia, bona mixta malis. Alia spectant ad antiquitates, eaque non contemnenda; pauca adiecit de verborum significationibus, de genere, de mutatis casibus, de synonymis; etiam philosophica quædam adspersit, cfr. s. v. *dies.* Denique pauca tractavit, de quibus iam supra egerat, cfr. *apud, caecum, impotens*, ex quibus recte colligas, in eo capite quam maxime diversa tanquam in lance satura esse mixta atque composita. Sed hæc omnia, quæ adhuc enumeravimus, præcipue in illustrandis nominibus versantur, quorum aut formas aut significationes explicant. Duo autem capita **VII.** et **X.** ad verba pertinent. Priori, quod de *contrariis generibus verborum* Nonius inscripsit, formas inusitatas verborum activæ et passivæ coniugationis enumeravit, ubi veterum scriptorum usus, a vulgari sermone diversus, aut activam formam verborum deponentium retinuerat, aut passivis verbis expresserat, quorum activa forma postea usitatior fuit. Sed, ut assolet, etiam aliena interposuit, quæ in altero capite *de mutatis coniugationibus* fuerant tractanda, cfr. *fite, reddibo, expedibo, discrepuit* etc., quorum nonnulla iterum

cap. X. commemoravit. Præterea aliquot verborum structuras insolitas notavit. Sed in X. cap. cum id agat, ut formas verborum ex alia coniugatione petitas enumeret, e contrario nonnulla exempla mutati generis adscripsit, cfr. *fervitur*, *potestur*, *possetur*, *poteratur*, *soluerit*. Denique cap. XI. *adverbia* composuit, quæ contra Grammaticorum regulas vel contra analogiam in *ter*, *im*, *e*, *us*, desinunt. Reliqua autem, in quibus de genere navigiorum, vestimentorum, vasorum vel poculorum, armorum, ciborum vel pomorum, de genere vel colore vestimentorum et de propinquitate breviter exposuit, nil habent, quod ad Grammaticam pertineat, neque digna sunt, quibus diutius immoremur, nisi quod plura obsoleta rerum vocabula paucis illis, quæ laudata sunt, scriptorum fragmentis strictim enodata esse confitendum est.

Iam ut suum cuique tribuatur, neve iustæ Nonii laudes aut imminuantur aut in maius celebrentur, pauca de subsidiis dicenda sunt, quæ in tanti operis farragine congerenda ei adiumento esse potuerunt. Iam hoc quidem satis constat, Romanorum ingenia neque antea a Grammatice abhorruisse, et primo et secundo p. Chr. n. sæculo hæc studia quam maxime floruisse. Ut enim omittam, iam Cincium Alimentum de verbis priscis scripsisse et Lucilium in Saturis grammaticas quæstiones tetigisse, floruit eodem tempore L. Ælius Stilo, eruditissimus et Græcis litteris et Latinis, studii grammatici pæne princeps inter Romanos, cfr. Cic. Brut. 56. Sueton. Gram. 3. cuius frequens apud Festum fit mentio. Sed «ætas Ciceronis doctrinarum multiformium variarumque artium, quibus humanitas erudita est, columina habuit *M. Varronem* et *P. Nigidium.*» A. Gell. N. A. XIV. 1. Et Varronis quidem monumenta litterarum in propatulo frequentique usu ferebantur; Nigidianæ autem Commentationes, quarum liber undetricesimus laudatur, Gell. X. 5, 1. non perinde in vulgus exierunt et obscuritas subtilitasque earum, tanquam parum utilis, derelicta est. Gell. ibid. XIX. 14, 3. Nihilominus tamen ex eius quoque libris multa a posterioribus in usum fuisse conversa et per se probabile est et suis ipsius testimoniis A. Gellius comprobavit.

Neque minor gloria Verrii Flacci fuit, qui ab Augusto præceptor nepotibus electus est, cuius præclarissimum opus *de verborum significatione,* quamvis truncatum et mutilatum, inter præstantissima litterarum Latinarum monumenta habetur. Ipsius Ciceronis libertus Tiro de usu atque ratione linguæ Latinæ, de variis et promiscuis quæstionibus, et aliud opus grammaticum *Πανδέκται* scripserat, cfr. Gell. XIII. 9, 3. Quid? quod Iulius Cæsar duos libros de Analogia evulgavit? Accessit L. Aelius Gallus, cuius libri de significatione verborum, quæ ad ius civile pertinent, sæpius laudantur. Gell. XVI. 5, 3. et passim apud Festum. Etiam Antistius Labeo, etsi iuris civilis disciplinam principali studio exercuit, tamen Grammaticæ quoque atque dialecticæ litterisque antiquioribus operam dederat, Latinarumque vocum origines rationesque exploravit, eaque præcipue scientia ad enodandos plerosque iuris laqueos utebatur. Libri post eius mortem editi et posteriores inscripti; quorum tres continui XXXVIII. XXXIX. et XL. pleni fuerunt id genus rerum ad enarrandam et illustrandam linguam Latinam utilium, cfr. Gell. XIII. 10. unde frequens eius apud Festum et Gellium mentio fit. Præterea exstabant Commentarii Gavii Bassi de origine verborum et vocabulorum, quorum liber septimus laudatur apud Gell. XI. 17, 4.; Cæsellius Vindex in Commentario lectionum antiquarum Grammatica tractavit, cfr. Gell. II. 16, 5. VII. 2, 5.; nec non Valgius Rufus in libro, qui *de rebus per epistolam quaesitis* inscriptus erat, cfr. Gell. XII. 3, 1. Ateii Capitonis Coniectanea, quorum CCLIX libri laudantur, et Sulpicii Apollinaris Commentarii non modo ad ius civile totamque rem publicam, sed etiam ad Grammaticam spectasse videntur; passim enim a Grammaticis et ab ipso Nonio laudantur, cfr. Gell. II. 10, 1. IV. 1, 20. XIV. 7, 13. XX. 2, 3. Sinnius Capito in Epistolis imprimis de Grammaticis egerat, cfr. Gell. V. 21, 9. Hypsicratis et Cloatii Veri libri super his, quæ a Græcis accepta sunt, laudantur Gell. XVI. 12, 1. 6. P. Lavinius librum de verbis sordidis scripserat, Gell. XX. 11. Magna quoque Santræ erat auctoritas, qui de verborum antiquorum significationibus scripsit,

cfr. Gell. VI. 15, 3. Valerius Probus, Grammaticorum primi sæculi p. Chr. n. illustrissimus, et ipse multos Commentationum libros reliquerat, cfr. Gell. I. 18. id. XV. 30, 5. qui in quanto honore fuerint, multis ex locis manifestum est. Præterea Iulii Hygini Commentarii in Virgilium, Gell. XXI. 2. Largi Licinii Ciceromastix Grammaticis magno usui fuerunt, Gell. XVII. 1, 1. Aelius Melissus, Gellii æqualis, de loquendi proprietate librum edidit, Gell. XVIII. 6, 1. Sed omnes enumerare longum est, et satis habeo eos commemorasse, quorum scripta tam vulgata fuisse videntur, ut vel a Grammatico facili negotio parari possent.

Ex his omnibus manifestum est, ingentem librorum fuisse copiam, qui ad litterarum Latinarum et inprimis Grammaticæ studium promovendum facerent: sed cum præclara doctissimorum hominum eruditio in innumeris commentariis diffusioribus esset recondita, qui nonnisi iis usui esse potuerunt, in quibus ipsis multæ litteræ nec eæ vulgares essent, libris opus fuisse videtur, quibus, ut Gellii verbis utar, ingenia iuvenum celeri facilique compendio ad honestæ eruditionis cupidinem et ad utilium artium contemplationem ducerentur. In tali collectione omnia erant omittenda, quæ nimis recondita, scrupulosa atque anxia videbantur, ut tantum primitiæ et quasi libamenta ingenuarum artium darentur, sed ea neque in scholis decantata neque in commentariis protrita. Quod scriptionum genus quantis in deliciis illi ætati fuerit, non modo testimonio est opus illud Plinianum ex amplius duobus millibus voluminum excerptum, sed quod librorum numero in immensum aucto, etiam in singulis disciplinis idem temptatum est; id quod intelligitur ex innumeris illis librorum inscriptionibus, quæ in præfatione A. Gellii leguntur. Sed cum litteræ Latinæ primis p. Ch. n. sæculis maxime in Gallia, Hispania et Africa colerentur, nescio an his quidem in regionibus magis etiam necessarium fuerit, ut studia iuventutis antiquorum scriptorum exemplis regerentur. Nam non modo Appuleius *exotici et forensis sermonis rudis cultor fuit,* sed ipsius Senecæ oratio vulgaris atque protrita eiusque eruditio tam vernacula et plebeia, ut nihil ex veterum

scriptis haberet neque gratiæ neque dignitatis. Iam satis constat inde ab Hadriano imperatore novum quendam et horridæ illius antiquitatis et priscorum verborum amorem exarsisse, ita ut quibus modestum circumspectumque iudicium esset, qualis fuit Quinctilianus, mediam quandam viam inirent, et antiquos legi, novos non negligi iuberent. Sed ut Africæ provinciæ situs, ita artium et litterarum studia ibi longe diversa fuerunt. Cum enim ne Carthaginienses quidem a Græcorum cultu et humanitate omnino abhorruissent, Cirta ipsa regum litteratissimorum sedes fuerat, Manastabalis, Micipsæ, cuius libros Salustius laudat, et Iubæ, quem litterarum monumenta clarissima ipsasque Ῥωμαϊκὰς ἱστορίας Græco sermone confectas reliquisse constat. Mox, cum doctrina Christiana simul cum coloniis Romanis ad ultimas gentes pervagaretur, nova illa Latini sermonis forma orta est, quam et in Vulgata, quæ dicitur, cuius originem ab Africa et a primis quidem sæculis repetendam esse intelligentes iudicant, et in Tertulliani libris deprehendimus. Inde factum esse videtur, ut et incorruptæ antiquitatis studia ab iis colerentur, qui a Christianorum doctrina erant alieni, et corruptum dicendi genus ab ecclesiæ patribus exerceretur, Tertulliano, Cypriano, Arnobio et a reliquis Christianis, ut Minucio Felice, Commodiano Afro etc. donec Lactantius et S. Augustinus hoc diversum studiorum genus arctius inter se iungerent. Et litterarum quidem Latinarum Græcarumque sanctissimus cultor fuit M. Cornelius Fronto, Eumenio teste, Romanæ eloquentiæ non secundum[1], sed alterum decus; quo auctore multi et in urbe et in provincia hæc studia recoluisse videntur. Et quot Romæ discipulos et imitatores invenerit, Maius docte exposuit; sed ex Afrorum numero præter Terentianum Maurum et Appuleium Madaurensem Eutychius Proculus Siccensis, C. Sulpicius Apollinaris, et M. Aurelius Olympius[2] Nemesianus Carthaginiensis, et Nonius Marcellus Tubursicensis inclaruerunt. Sed quæ fuerunt illorum hominum ingenia, qui magis in oratione ad antiquorum scriptorum exemplum effingenda et in flosculis undique carpendis et delibandis erant occupati, quam ut ipsi litteras ab illis acceptas excolerent atque amplificarent, iam

tum exempla elocutionum sunt collecta, quæ discipulis usui essent, et cum barbaries magis magisque elegantem verborum usum obscuraret, de eorum differentiis diligentius disputatum est. Qua in re cum clarissimus orator ceteris præierit, quid mirum, quod posteriores hæc vestigia sequebantur? Quemadmodum igitur Gellius multa ex Favorini et Frontonis disputationibus hausit, ita Nonius aliique ex multifariis illis variæ eruditionis thesauris, quicquid utile videbatur, excerpserunt. Neque hoc iis vitio vertendum est. Ipsa enim harum scriptionum ratio ita tulit, ut, quæ veteres scriptores præclara haberent, ea exscriberentur, excerperentur et ad imitandum proponerentur. Quantum igitur Nonius Gellio accepta retulerit, iam supra vidimus; sed cum reliquorum auctorum commentarii, qui eiusdem vel similis erant argumenti, omnes fere ad unum amissi sint, admodum difficilis est disquisitio, quos præter illum potissimum auctores secutus sit.

Credat igitur aliquis Verrii Flacci thesauros Nonio imprimis magno usui fuisse, quod in eodem fere argumento tractando versatus fuerit. Sed non minus temporis spatio quam consiliorum diversitate ambo sunt seiuncti. Verrius Flaccus enim in verborum significationibus illustrandis omnia ad suæ ætatis iudicia retulit, et quantum ex Festi fragmentis coniicere licet, plurimum studii in historia et antiquitatibus illustrandis posuit. Nonius autem verba prisca et insolita non tam commentando exponere, quam veterum scriptorum testimoniis explicare studuit. Præterea cum tertio sæculo sermo vulgaris iam longe a simplicitate et elegantia aureæ ætatis recessisset, Nonio multa erant explicanda, quæ Verrius intacta reliquerat. *Verborum vetus interit aetas.* Denique Verrius docte et copiose verborum origines variasque significationes explicavit, multa historica immiscuit rerumque atque verborum commentarios omnibus numeris absolutos reliquit. Nonius autem eruditionem atque doctrinam suæ ætatis in compendii formam redegit et præter scriptorum testimonia nihil fere de suo quam vulgaris sermonis vocabula explicationis causa addidit. Igitur omnia fere diversa sunt. Iam de

quibus vocabulis tantummodo Pauli Excerpta reliqua sunt, ea commemorare nil attinet, et si quid simile habet brevis explicatio, hoc non auctorum consilio, sed casui tribuendum. Quamquam fuit, qui Festum Nonii libro usum esse statueret. (F. H. Bothe, fragmenta tragicorum p. 168.) Sed non minor est dissimilitudo, ubi Nonius de magistratibus, sacerdotiis et de maiorum institutis exponit; omnia leviter attigit, nihil diligentius examinavit, verbum verbo expressisse satis habuit. Vix igitur fieri posse putaverim, ut aliquis inveniat, cuius ad exemplum Nonius compendiosam doctrinam conscripserit. Neminem præ ceteris secutus est, ex omnibus pauca delibavit neque fontes, sed rivulos consectatus esse videtur, ita ut quæ tum in Grammaticorum scholis de verborum significationibus tradebantur, in corpus quoddam incluserit, quod mediam quandam viam inter Grammaticas et Lexica tenuit, et quamvis esset imperfectum, tamen quod reliquorum libri et diffusiores et doctiores erant, eorum usui, qui litteras primis tantum labris degustant, maxime fuit conveniens.

Iam quod ad nostram operam in hoc Grammatico edendo collocatam attinet, id primarium consilium fuit, ut, quantum fieri posset, optimorum codicum scriptura ubique restitueretur, et tam priorum interpretum, qui adhuc in Nonio explicando versati sunt, quam nostris emendationibus illustraretur. Satis enim constat, nullum fere scriptorem propter fragmentorum, quæ ex diversissimis auctoribus transscripta sunt, multitudinem hominum doctorum iudicia magis exercuisse. Neque fieri potest, ut in hoc scriptore aliquis sibi aliisque satis faciat, nisi multas, quæ insunt, corruptelas coniectando tollere studeat. Etsi enim Maii iudicium ad Cic. de Rep. p. LXII. ed. Moser. «Nonius a vertice, ut aiunt, usque ad extremum unguem ulcus est,» parum mihi probatur, tamen hoc dubitari non potest, quin multa a glossarum auctoribus adscripta, multa librariorum incuria vel ætatis iniuria mutilata atque truncata sint. Multa igitur obstant, quo minus genuina verba auctoris ubique restitui possint, nisi novus quidam codex, ab omnibus, qui adhuc innotuerunt, plane diversus, ex tenebris eruatur. De quibus enim adhuc cognovimus, ii ad unum

omnes idem ἀρχέτυπον secuti esse videntur; eædem enim lacunæ atque verborum transpositiones omnibus insunt.

Et codicum quidem, quos accuratius excussimus, longe præstantissimus est Guelferbytanus Gud. 96. Ebert nro. 592. membranaceus, Sæc. XI. forma quadrata, duobus laterculis exaratus, cuius collationem cum a S. H. Reimaro Bondamius accepisset, ab ipso Marq. Gudio confectam, iudicavit esse codicem optimæ notæ et haud minore pretio optimo illo, quo usus esset Mercerus, cfr. Reuvens p. 187. Ex pluribus, de quibus vide adnotationem criticam, admodum probabile videtur, hunc codicem esse eundem cum Victorino Merceri. Quod cum ex accurata codicis collatione cognovissemus, Madvigium idem statuisse vidimus. Qui cum eiusdem codicis collationem diligentissimam, quæ olim Io. Alberti Fabricii fuit, Hauniæ in bibliotheca academica asservatam, accuratius examinasset, omnia in ea inveniri iudicavit, quæ Mercerus e codice Vict. laudaverit, cfr. ad Cic. de Finibus, Hauniæ 1839. p. 221. 869. Dissentit G. Seebode, qui in Misc. Crit. Vol. 1. eiusdem codicis lectiones variantes parum diligenter excerptas evulgare cœpit, et cod. Guelf. singularem codicum familiam ducere existimavit. Nobis imprimis summa hominis doctissimi Ph. C. Hessii, directoris gymnasii Helmstadiensis, benevolentia copia fuit, ut hunc præstantissimum codicem accuratius, quam antea factum erat, examinaremus.

Secundus est Leidensis, Vossianus, Catal. Bibl. Leid. p. 373. nro. 73. qui quamvis non omnium, qui exstant, sit antiquissimus, quod olim iudicavit Lindemannus, tamen et ipse Sæc. XI. scriptus est, forma quadrata, duobus laterculis, membr.; quem Oudendorpius contulerat, cuius collatione usus est Bondamius, cfr. Reuvens l. l. Litterarum ductus fere iidem, lectiones aliquoties meliores quam Guelferbytani, sed sæpius deteriores, in plurimis fere consentit, ita ut hic liber magis etiam confirmet auctoritatem prioris.

Tertius est Genevensis, qui tantum caput quartum complectitur, in Catalogo ap. Sennebier. p. 216. nro. 84. membr. forma quadrata; quem ille si minus sæculo VIII. certe IX. scriptum esse statuit; sed

rectius eum ad sæc. X. referas. Liber non contemnendus, quem accuratius contulisse magno nobis usui fuit; sed auctoritas non eadem, quæ duorum priorum.

Quartus et Quintus duo Bernenses, apud Sinnerum Catal. Cod. MSS. Bibl. Bernens. I. p. 529. et 532. Alter nro. 83. forma maxima, membran. olim S. Remigii fuit et sæc. X. vel initio XI. scriptus. Præter fragmenta Grammatici anonymi Cap. IV. Nonii continet. Multa et imprimis scriptorum testimonia omissa, ita ut folia XLIII. codicis paginis 188. editionis Merceri respondeant, sed insunt lectiones memorabiles, ex quibus manifestum est, eum ex optimo codice esse exscriptum.

Cod. Bernens. 347. forma quadrata, duobus laterculis sæc. XI. exaratus, olim Bongarsii, membr. apud Sinner. Catal. I. p. 532. magis etiam decurtatus ideoque pretii minoris.

Cod. Basiliensis F. IV. 13. Chart. olim lib. *Carthusianus in Basilia minori proveniens a D. Iohanne de lapide*, sæc. XV. scriptus, forma maxima. Insunt præterea libri Varronis de Lingua Latina; liber corruptus, qui multas lectiones habet, quæ in antiquis editionibus expressæ sunt. Inscriptiones cap. II. et IV. et VIII. omissæ, caput tertium, ut in omnibus codicibus sequioris ætatis, deest. Cap. sextum: *Incipit de propriis verbis et nominibus* inscriptum. Cap. XV. *Incipit de vasis.* Cap. XVII. *Incipit de genere ciborum, pomorum et olerum vel herbarum.* Quæ omnia documento sunt, quanta negligentia hic liber exaratus sit.

Fragmentum codicis Turicensis nro. 795. quod p. 66—99. 125—130. 406—408. editionis Mercerianæ complectitur, diligenter a se transscriptum misit Car. Guil. Müller, prof. Bernensis, homo doctissimus nobisque amicissimus, qui etiam ex Reuvensi Collectaneis Litterariis omnia, quæ ad Nonium pertinent, accurate excerpta, nobis permisit. Fragmentum ipsum interdum corruptum et decurtatum pauca habet propria et nil nisi aliquot corruptelarum causas aperit.

Sed etiam codicis omnium, ut videtur, antiquissimi, Harleiani nro. 2719. forma quadr. qui Londini in Museo Britannico asservatur et

Sæc. IX. scriptus est, paulo accuratiorem notitiam accepi a iuvene humanissimo atque doctissimo, Theodoro Oehler Francofurtensi, qui, cum ad monumenta historiæ Germanicæ perquirenda Galliam, Belgium et Britanniam viseret, meo nomine rogatus eum librum locis amplius quinquaginta, ex quibus huius codicis indoles atque natura optime perspiceretur, accuratissime cum editione Ios. Merceri contulit atque quam supra proposuimus coniecturam, omnes codices unum idemque exemplum esse secutos, testimoniis luculentissimis confirmavit. Cuius libri auxilio plura, quæ adhuc in omnibus editionibus corrupta sunt, emendari poterunt. Ceterum nonnullis locis cum Genevensi consentit.

Præterea Frid. Lindemann, homo doctissimus, quæ eius est humanitas, paucas lectiones misit e codice Montispessulano transscriptas, quæ satis comprobant, esse quidem illum librum, de quo tanta fama fuit, melioribus adnumerandum, sed tamen in longe plurimis cum ceteris libris consentire. De reliquis libris MSS. quos passim commemoravimus, non satis accurate cognovimus, ut quantum cuique tribuendum sit, dicere liceat. Laudatur præ ceteris cod. Leidensis nro. 116. Catal. p. 385. membr. qui etiam Festum continet et olim Danielis, mox Salmasii, postremo Is. Vossii fuit, cfr. Reuvens p. 188. Præterea Theodorus Oehler mentionem fecit optimi Parisini, qui in Catalogo Bibliothecæ regiæ 1740 edito notatus non esset. Id quod confirmavit Agatho Wunderlich, nuper collega mihi amicissimus, nunc a Rostochiensibus professoris munere ornatus, qui cum Parisiis veterum Iurisconsultorum Summas examinaret, brevem notitiam de codicibus Parisinis confecit. Cuius ex schedis manifestum fit, codicum Parisinorum longe præstantissimum esse librum 7665, membranaceum, Sæc. X., olim Petri Danielis, postea Philiberti de la Mare. Sed in eo quoque cap. III. et IV. et multa scriptorum testimonia desunt, vel laudantur quidem, sed sine libri nomine vel fabulæ inscriptione; codici Colbertino 7666. Sæc. X. simillimus esse videtur, in quo et ipso cap. III. et IV. desiderantur. Integerrimum iudicat Reuvens Collect. p. 186. Osann. II. p. 387. Colber-

tinum nro. 7667, in quo tamen defectus est p. 214, 9–232, 10. Paulo accuratius de his libris et de ceteris Parisinis, quos undecim Wunderlichius enumerat, exponerem, nisi Fr. Dübner, a me rogatus, ut optimorum codd. Paris. collationem in nostrum usum conficeret, hoc munus deprecatus esset, quod iam antea Fr. Lindemanno hanc operam præstitisset.

De novem Vaticanis, quibus in Ciceronis fragmentis de Rep. restituendis usus est Maius, cfr. eius Præf. ad Cic. de Rep. p. LXII. ed. Moser. et p. 350. 354. et p. 75, ubi Urbinatem præclarum dicit. Quorum de integritate hoc unum satis erit dictum, Ciceronis testimonia p. 373, 24. et 469, 14. ne in uno quidem exstare.

Idem ad Cic. locum p. 133, 13. duos Ambrosianos commemorat, quos in nostram gratiam iuvenis litteratus nonnullis locis inspexit æque ac Venetos duos, sed eos futiles, mutilos et corruptos esse cognovit. De reliquis libris MSS. quibus Iunius, Scaliger, Turnebus, Ursinus utebantur, nihil certi dici potest, neque de cod. Arnaldi, qui aliquoties in edit. 1583. citatur, et de libro Elnonensi, quem Carrio laudat, habeo, quod dicam. Pessimi omnium Neapolitani (de quibus cfr. Iannelli Catal. Bibl. Lat. MSS. Musei Borb. 1827. p. 21. et 23.) tum codex Dorvillianus eique simillimus, olim Palatinus nunc Leidensis, esse videntur, (de quibus cfr. Reuvens p. 188. Wilken, Gesch. d. Heidelb. Bibl. p. 190.) qui omnes Sæc. XV. scripti et ab omnibus reliquis libris eo sunt diversi, quod, rerum ordine mutato, litterarum ordinem sequuntur.

Antiquissimarum editionum fere nullus est usus in Nonio emendando. Et princeps quidem omnium corruptissima, quam Pomponius Lætus Romæ typis Georgii Laur de Herbipoli anno circiter 1470. foliis 137. imprimendam curavit. Ea repetita est a. 1471. sine indicio loci aut typographi. Alium codicem sequitur aliquanto emendatior editio Veneta 1476, quam suspicor a Franc. Rholandello curatam. Ex ea descenderunt plurimæ, altera alteram exprimentes, paucis mutatis. Eæ omnes Varronem et Festum una cum Nonio continent, quod quis instituerit, nondum exploratum. Certe iam

in Parmensi a. 1480. id factum est. Nonnihil præstitit Pius, Mediol. 1500. et Paris. 1511. Sed longe superioribus antecelluit Aldus, Ven. 1513. quippe qui primus integrum cap. III. addidit et, ut ipsius verbis utar, «reliqua ita concinnata et absoluta reddidit, ut æmulari alii post hoc facilius possint quam imitari.» Nihilominus tamen Michael Bentinus, corrector in libraria Frobeniana, in edit. Basiliensi 1526. nullis libris MSS. usus multa fœde lapsa et ingenio et industria restituit et illustravit, ita ut Aldus eius castigationes alteri editioni a. 1527. addiderit. Ex reliquis editionibus, quæ postea evulgatæ sunt, duas laudasse satis habemus: Hadriani Iunii et Iosiæ Merceri, qui hoc in genere litterarum egregiam laudem meruerunt. Et ille quidem edit. Antv. 1565. 8. locis innumeris (amplius duobus millibus ipse statuit) Nonium correxit, etsi nimia operis festinatio et typothetarum incuria aliquoties doctrinam editoris obscuravit. Mercerus autem in priore sua editione Paris. 1583. repetivit quidem Iunii textum, scriptis libris illo tempore nondum instructus, adiecto tamen indice auctorum et virorum doctissimorum notis variarumque lectionum libello utilissimo. (quem expilavit Dion. Gothofredus, Paris. 1585. 1586 etc.) Sed longe maiora præstitit altera editione, quæ Parisiis (Sedani) sumptibus Hadriani Perier 1614. 8. evulgata est, et tam auxilio codicis, qui tum ad ædem S. Victoris asservabatur, quam subtili editoris ingenio multo reliquis est emendatior. Sed eius laudes eo videntur imminui, quod homo doctissimus Dübner in bibliotheca regia Parisina collectanea Passeratii invenit, ex quibus illum plurima hausisse iudicat. Qua re fortasse factum est, ut nomen Iosiæ Merceri huic editioni non sit præpositum. Sed iudicium penes intelligentes erit.

Fulgentium cum Nonio edidimus, quod plus quam tribus sæculis cum eo editus fuerat. Nam cum ei grammaticorum corpori, quod cum Perotto Nonium et Festum Varronemque continet, Fulgentii Expositio sermonum antiquorum adiecta esset, id quod factum est primum a. 1532. Basiliæ typis Valentini Curionis, Hadrianus Iunius, recisis reliquis scriptoribus, Nonii una cum Fulgentio separatim edendi

auctor fuit, eumque posteriores imitati sunt. Neque videbatur causa esse idonea, cur nos ab eo instituto recederemus.

Quippe antiquum scriptorem Fulgentium esse, postquam homo doctissimus Orellius dubitationem suam fortasse calidius (ad Taciti Dialogum p. 5.) propositam retractavit in Lect. Petron. p. 3, vix quemquam hodie negare existimo. Legit hanc Expositionem ac plurima inde in suum Polyptychum derivavit Atto episcopus Vercellensis, circiter a. 950. Clamant quasi ipsæ membranæ, nongentorum annorum ætatem præferentes. Denique nonnulli ignorasse videntur, eiusdem Fulgentii esse tres illos Mythologiarum libros et Virgilianam Continentiam. In quibus idem invenient legentes ingenium hominis, eandem affectationem doctrinæ cuiusdam reconditæ ac tenebricosæ, eandem dicendi consuetudinem, horridam quidem illam et operosam, sed illis temporibus communem nec dissimilem eloquentiæ aut Marciani Capellæ aut Boethii. Atqui Fulgentii Mythologias legerunt Commentator Cæsaris Germanici, qui ante Isidorum scripsit, item Statii scholiasta, ne dicam de Albrico Vaticanisque mythographis.

Quæ si recte dicta sunt, dubitari vix poterit, quin a Fulgentio is libellus scriptus sit circiter a. 500. Sed erunt etiamnunc, qui cum Munckero et Ruhnkenio eum futilem et nullius fidei scriptorem iudicabunt. Eorum quoque iudicium si non prorsus reiiciendum, certe caute sequendum suadeo. Nam quod crimini dant Græcorum scriptorum testimonia Latinis verbis scripta, id ipse Fulgentius p. 562, 6. excusavit et patrocinantur alii, eodem more usi, ut Rutilius Lupus rhetor. Tum quod exprobrant haud paucos errores in explicandis antiquis sermonibus referendisque scriptorum verbis admissos, Fulgentium non nego plerumque iure vapulare. Namque bonam vitiorum partem poterat vitasse: Plautina testimonia debebat rectius ac de iis quidem fabulis, ubi re vera exstant, laudare; Corollariam, quæ est Nævii fabula apud Varronem, male Varronis dixit; in Marciani Capellæ loco Minervam pro Mercurio satis indiligenter substituit; pro Philippo dixisse Demosthenem nemini præ-

terea in mentem venit. Agnosco summam hominis incuriam, videlicet *in quantum memoriae entheca subrogare potuit* scribentis. At enim vero dolo malo confinxisse vocabula, libros, scriptores, nimirum eruditionis ostentandæ gratia, iure quodam meo mihi videor negare. Multa reperient, quorum id interest, vocabula explicata eodem modo, quomodo Fulgentius explicavit, in glossariis, præsertim Isidori v. c. *elogium, dromo, tucceta, simpulator* (de v. *aumatium* vid. Ang. Mai. Nova Coll. t. V. p. 122. Murator. Rer. Ital. Script. t. IV. p. 77 a.) Librorum quidam tituli superioribus suspecti iam confirmati sunt scriptoribus recens inventis, sicuti Plauti Cacistum hodie novimus eandem fabulam esse atque Vidulariam; Tagetis Labeonisque disciplinam Etruscam et Numæ Pompilii pontificalia, in quibus tantopere offendit Ruhnkenius, novit etiam Laurentius Lydus. Ex his efficitur, ut etiam de his titulis, qui apud solum Fulgentium exstant, scrupulosius dubitari debeat. Ut exemplo utar: de Fato liber Tertulliani est omnibus quidem ignotus, sed is qui Minucii Felicis nomine circumferebatur, cum Hieronymus malit ab alio scriptum putare, quidni nonnullos Tertulliano tribuisse suspicemur? Quapropter quamvis multa insint in Fulgentiano libello properanter ac sinistre scripta, certe cur fraudis nota inuratur, fateor me non videre.

Ceterum de Fulgentii nomine, ætate, scriptis quoniam Munckerus satis diligenter disseruit, superest ut de huius editionis consilio et subsidiis pauca dicamus.

Expositionem sermonum antiquorum, antequam tota edita est, in membra dissectam Iunianus Maius corpori suo De priscorum proprietate verborum inseruit, qui liber prodiit Tarvisii a. 1477. Princeps editio impressa est Mediolani typis Ulderici Scinzenzeler, cura Io. Bapt. Pii Bononiensis, qui Mythologiarum eiusdem Fulgentii tribus libris hoc tamquam corollarium addidit, anno 1498 (male Munckerus tradidit 1487; quo anno qui potuisset Pius librum Trithemii laudare a. 1494 editum?). Statim repetivit, anno non addito, Venetiis Bernardinus Venetus de Vitalibus, cuius editionis bibliographis ignotæ exemplar servat bibliotheca Bernensis. Eiusdem

generis esse videntur editiones Augustana a. 1521 fol. cum commentario Iacobi Locher, et Parisina s. a. per Ioannem Laliseau 4.° Eas videre non contigit. Sequuntur Basilienses Hervagii editiones a. 1535. 1536. 1549. quæ post Hyginum aliosque mythographos Fulgentium quoque continent. Harum omnium indoles est simillima, cum altera alteram referat, vix paucis litteris hic illic mutatis. Sed omnino diversum est illud exemplum, quod Perottino corpori Basilienses adiecerunt, Curio a. 1532, Valderus a. 1536. Nam et Fulgentii nomen et non pauca alia, credo in exemplari scripto desiderata, editor omisit. Sequitur Hadrianus Iunius, qui ab apparatu critico non instructissimus, collatis duabus editionibus Basiliensibus, quarum altera cum Hygino a. 1549, altera cum Perotto coniuncta est, fortasse etiam inspecto nonnunquam codice scripto aliquo, libellum emendavit plurimis locis, sed non minus sæpe emendationibus, quas quidem ille putabat, fœdavit alienissimis. Iunii exemplum posteriores repetiverunt, quorum memorandus est Bonaventura Vulcanius (Isidori Origines et Marcianus Capella, Basil. 1577.) propterea quod scriptum codicem nactus Isidoro annexum lectiones ex eo excerptas proposuit. His excerptis et, ut videtur, altero quodam exemplari Iosias Mercerus sobrie usus multa restituit, sed dum Iunio nimis parcit, non parem laudem meritus atque in Nonio. Merceri editionem fideliter repræsentarunt Munckerus et Staverenus, Mythographis suis inserentes, sed uterque de re critica bene meruit subiiciendis librorum scriptorum collationibus. Et Munckerus quidem excussit membranas bibliothecæ Leidensis vetustissimas, hodie numero 135 distinctas, (Catal. bibl. Leid. 1716. p. 330.) Staverenus plura subsidia ad manum habuit, sed pro socordia sua de compendiis *Leid. Voss. Exc. E.* nihil docuit, ut nescias, utrum quattuor an tres libros indicarit et Leidensis idemne sit qui Munckeri, an alius. Quare nos relata fideliter referre debuimus satis habere. Videndus tamen Catal. bibl. Leid. p. 375. nro. 96. et p. 400. nro. 11.

Postremo in hac nostra editione quinque codicum MS. varia lectio accessit:

1. Collatio codicis alicuius manu Iacobi Bongarsii ad marginem editionis Basil. 1535 consignata.

2. Collatio ab eodem Bongarsio in margine editionis Venetæ Bernardini scripta.

   Utriusque libri usum debemus amicitiæ doctissimi viri Car. Guil. Mülleri, qui Berna ad nos mitti curavit.

3. Codex Basiliensis chartaceus 4.⁰ Sæc. XV. signo F. VIII. 11 notatus. cfr. Hænel Catalogi p. 531.

   Inspexerat ante nos Casp. Barthius et nonnullas protulit lectiones, excerptas ex *cascis* his, quas dicit, *membranis* in Adversariorum libris p. 1674 al.

4. Codex Guelferbytanus, inter Gudianos numero 335 distinctus, membraneus, 8.⁰ Sæc. X. in quo Ciceronis quoque et Augustini aliorumque libelli continentur. cfr. Ebert bibl. Guelf. codices Græci et Latini, nro. 362.

5. Codex Guelferbytanus, in Gudianis inscriptus numero 25. membraneus, fol. Sæc. XV. qui continet etiam Gellii Noctes Atticas. cfr. Ebert l. c. nro. 361.

   Codicem Gudianum utrumque nostra gratia diligentissime contulit Ph. C. Hessius, cuius muneris nobiscum lectores doctissimo viro gratiam habebunt.

His subsidiis non promiscue utendum existimavimus, sed ita, uti critica ratio postulabat. Examinantes enim librorum et consensum et dissensum duas reperimus quasi familias, quarum altera collationem Bongarsii priorem, codicem Gudianum priorem et Vossianum Stavereni complectitur; altera reliquos omnes, plerosque ante pauca sæcula scriptos, continet. Illud genus ætate præstat, hoc bonitate. Nam cum illi antiquiores haud paucis locis mutili

sint, ut vel scriptorum locos testimonii causa additos omiserint, id quod factum est præsertim in extrema Expositione, contra vulgares integri videantur, certe e libris alterius stirpis nusquam possint probabiliter expleri, sequitur ut horum auctoritati editor plus tribuere debeat. Tum comparatione inter ipsos instituta omnium facile ut antiquissimus ita optimus Leidensis codex Munckeri esse intelligitur, quem idcirco plerumque exprimendum iudicavimus.

His quidem adiumentis instructi novam Nonii Marcelli et Fulgentii editionem paravimus, non ignari, multa nobis defuisse, ut nostra opera in his scriptoribus edendis fieret fructuosior; quam quidem maxime integra codicis Harleiani et Montispessulani collatio iuvare potuit; sed de illo sero cognovimus, hunc examinare non licuit. Nihilominus tamen non acta egisse videbimur, et speramus, vel post Mercerianas curas editionem nostram non fore indignam, quam homines docti consulant. Nam nunc demum manifestum est, quæ sit cuiusque lectionis auctoritas et unde tantæ illæ scripturæ discrepantiæ profectæ sint.

In colligendis excerpendisque subsidiis, quæ ad ornandam hanc editionem pertinere videbantur, cum non indiligenti me opera adiuvisset Rothius meus, digerendi et edendi laboris ita inter nos partiti sumus provinciam, ut fere dimidiam operis partem, Nonii cap. I. et IV. et præfandi officium, ipse susciperem, reliquam partem Nonii et Fulgentium indicesque socius absolveret. Sed hæc laboris partitio talis fuit, ut salvum utriusque esset iudicium et utrique coniecturas, et si quæ aliter ei viderentur, adscribere liceret. Iunctis igitur viribus rem aggressi sumus, Homericum illud secuti, *σύν τε δύ' ἐρχομένω.* Cuius quidem proverbii vis si nostra cura comprobabitur, nil nobis gratius fieri poterit.

Dabam Basiliæ Kal. April. MDCCCXLII.

FR. DOR. GERLACH.

LIBRORUM,

QUI IN ADNOTATIONE CRITICA BREVITER MEMORANTUR, INDICES INTEGRI.

Valens **Acidalius** in Plautum divinationes et interpretationes, apud Gruter. Lamp. t. VI.

Ant. **Augustinus** fragmenta historicorum collecta, emendata a F. Ursino, Antv. 1595.

Casp. **Barthius** adversariorum libri LX, Francof. 1624. fol.

Theod. **Bergk** emendationes tragicorum Latinorum, Rheinisches Museum 1835.

Iac. **Bongarsius** ad Iustinum, Paris. 1581. et apud Merc. 1.

F. **Bothe** poetarum scenicorum fragmenta, Halberst. 1823. 1824. (Bothe 1.)

idem emendationes Nonianæ, Rheinisches Museum 1837. (Bothe 2.)

Guil. **Canterus** novæ lectiones, apud Gruter. Lamp. t. III.

Lud. **Carrio** antiquæ lectiones *et* emendationes et observationes, apud Gruter. Lamp. t. III.

Is. **Casaubonus** apud Dusam ad Lucilium.

Io. **Cauchus** in ed. Iunii.

Hier. **Columna** ad Ennii fragmenta, repet. Amstel. 1707. 4.

Iac. **Cuiacius** observationum libri XI, Lugd. 1555—1570. fol.

Mart. **Delrius** (Delrio) syntagma tragœdiæ Latinæ, Antv. 1593. 4.

Frid. **Dübner** apud Munkium.

Henr. Düntzer et Laur. Lersch de versu Saturnio, Bonn. 1838.
idem de Livio Andronico, Berol. 1835.
idem in disputationibus brevioribus insertis in Zimmermanns Zeitschrift f. d. Alterthumswissenschaft, *et* in Rheinisches Museum.
Ian. Dusa *et* Franc. Dusa Lucilii satirarum reliquiæ, repet. Patav. 1735.
Nic. Faber apud Merc. 1.
Franc. Floridus Sabinus lectiones subcisivæ, apud Gruter. Lamp. t. I.
Io. Val. Francke apud Neukirch.
Io. Freinshemius ad Florum, Argent. 1655.
Luc. Fruterius verisimilia *et* epistolæ philologicæ, apud Gruter. Lamp. t. II. et V.
Ian. Gebhardus antiquarum lectionum libri II, Herborn. 1618.
Obert. Gifanius ad Lucretium, Antv. 1565.
Vict. Giselinus in ed. Iunii.
W. H. Grauert histor. u. philol. Analekten, Münster 1833.
I. Fr. Gronovius observationum libri IV. repet. Lips. 1755.
Hugo Grotius apud Vossium.
Ian. Gruterus Lampas sive fax artium liberalium, VI. voll. Francof. 1602—1612.
Ian. Gulielmus verisimilia *et* in Plautum quæstiones, apud Gruter. Lamp. t. III.
God. Hermann elementa doctrinæ metricæ, Lips. 1816.
idem Opuscula, VII. vol. Lips. 1827—1839.
Iunianus Maius de priscorum proprietate verborum, Tarvis. 1477. fol.
Hadr. Iunius animadversorum libri VI, Basil. 1556.
Paul. Leopardus emendationes et miscellanea, apud Gruter. Lamp. t. III.
Laur. Lersch v. Düntzer. Idem in disputationibus brevioribus insertis in Zimmermanns Zeitschrift f. d. AW.
Iust. Lipsius opera omnia, quæ ad criticam proprie spectant (antiquarum lectionum commentarius, epistolicarum quæstionum libri V, electorum libri II, variarum lectionum libri III, saturnalium sermonum libri II.) Antv. 1585. 4.
I. N. Madvig opuscula academica, Haun. 1834.
Ang. Maius ad Cic. de Rep. Romæ 1828.
I. A. Martyni-Laguna ad Ciceronis epistolas, Lips. 1804.
Paul. Merula ad Ennii annales, Lugd. B. 1595. 4.
Henr. Meyer oratorum Rom. fragmenta, Turici 1832.
idem anthologia veterum epigrammatum, Lips. 1835.
Odofr. Müller ad Varronem de L. L. Lips. 1833. ad Festum, Lips. 1839. 4.

Edu. Munk de fabulis Atellanis, Lips. 1840.
M. A. Muretus variæ lectiones, apud Gruter. Lamp. t. II.
I. H. Neukirch de fabula togata Romanorum, Lips. 1833.
Iac. Nicolaus Loensis miscellaneorum epiphyllidum libri X, apud Gruter. Lamp. t. V.
I. C. Orelli ad Ciceronis fragmenta, Turici 1828.
Frid. Osann analecta critica, Berol. 1816.
Ian. Mell. Palmerius spicilegium, Francof. 1580.
Ian. Passeratius apud Merc. 1.
Andr. Patricius ad Ciceronis fragmenta, Ven. 1565.
Nic. Perottus cornu copiæ, repet. Bas. 1526. fol.
Petr. Pithœus adversaria subseciva, apud Gruter. Lamp. t. II.
Henr. Planck ad Ennii Medeam, Gött. 1807.
Is. Pontanus ad fragm. historicorum, ed. Havercamp.
Auson. Popma ad Varronem, repet. Bipont. 1788. ad fragm. historicorum, ed. Haverc.
C. I. Chr. Reuvens collectanea litteraria, Lugd. Bat. 1815.
Ant. Riccobonus de historia, repet. Bas. 1579.
Dav. Ruhnkenius ad Xenoph. Memor. ed. Ernesti, Lips. 1772. ad Rutilium Lupum, ed. Frotscher. Lips. 1841.
Ian. Rutgersius variarum lectionum libri VI, Lugd. Bat. 1618.
Claud. Salmasius exercitationes Plinianæ ad Solinum, Paris. 1629. fol.
Ios. Scaliger coniectanea in Varronem, Paris. 1565. *item* cum appendice, Paris. 1581. Catalecta sive appendix Virgilii, Lugd. 1573. ad Festum, apud P. Santandreanum 1575. ad Catullum, Antv. 1582.
Iac. Schegkius observationum et emendationum præmessa, apud Gruter. Lamp. t. IV.
L. F. Schmidt Lucilii satir. lib. IX, Berol. 1840. 4. Programm.
I. G. Schneider ad scriptores R. R. Lips. 1794—1797.
Ad. Schöll Beiträge zur Gesch. der griech. Poesie, Berl. 1839.
Casp. Schoppe ad Priapeia, Patav. 1664. de arte critica, *et* verisimilium libri IV, repet. Amstel. 1662.
Petr. Scriverius collectanea veterum tragicorum, cum notis Ger. Io. Vossii, Lugd. B. 1620.
Leon. Spengel ad Cæcilii fragmenta, Monac. 1829. 4.
Henr. *et* Rob. Stephani fragmenta poetarum veterum Latinorum, Paris. 1564.
Godesc. Stewechius ad Vegetium, Lugd. B. 1592.
H. Stieglitz de Pacuvii Duloreste, Lips. 1826.

Hadr. Turnebus adversariorum libri XXX, repet. Paris. 1580. fol.
Fulv. Ursinus v. Augustinus; *idem* ad Varronem de R. R. apud Schneider.
Varges specimen quæstionum Lucilianarum, Rheinisches Museum 1835.
Frid. Vater ad Euripidis Rhesum, Berol. 1837.
Petr. Victorius variarum lectionum libri XXV, Flor. 1553. fol.
G. I. Vossius v. Scriverius; *idem* Aristarchus ed. Förtsch. Halis 1833.
Ioseph. Wasse ad fragm. historicorum in ed. Haverc.
Aug. Weichert poetarum Latinorum . . . . reliquiæ, Lips. 1830.
Fr. G. Welcker Supplementbände zum Rheinischen Museum.

NONIUS MARCELLUS.

SIGLORUM EXPLICATIO.

A. **Aldina editio, Ven. 1515.**
B. **Basiliensis codex.**
Ba *vel* **B. (per quartum caput) Bernensis codex 85.**
Bb *vel* **b. (per quartum caput) Bernensis codex 347.**
cj **coniicit** *vel* **coniiciunt.**
G. **Genevensis codex.**
J. **Junii editio, Antv. 1565.**
L. **Leidensis codex.**
M *vel* **M2. Merceri editio altera, Paris. (Sedani) 1614.**
M1. Merceri editio prior, Paris. 1583.
mg. **margo.**
V. D. **vir quidam doctus ad marginem veteris alicuius exempli.**
W. **Wolfenbüttelanus** *sive* **Guelferbytanus codex.**

Cap. I.

DE PROPRIETATE SERMONUM.

Senium est tædium et odium, dictum a senectute, quod senes omnibus odio sint et tædio. Cæcilius in Efesione: *tum in senectute hoc deputo miserrimum, Sentire ea ætate eum ipsum esse odiosum alteri.* Nam ætatem malam senectutem veteres dixerunt. Plautus Menæchmis: *consitus sum Senectute, onustum gero corpus, vires Reliquere; ut ætas mala est, mers mala est ergo.* Accius Amfitryone: *an mala ætate mavis male mulcari exemplis omnibus?* Turpilius Filopatro: *miserum puto, si etiam istuc ad malam ætatem accessit mali.* Pacuvius Peribœa: *parum est, quod te ætas male habet, ni etiam* (p. 2.) *hic ad malam Ætatem adiungas cruciatum reticenti?* Afranius Vopisco: *Si possent homines delenimentis capi, Omnes haberent nunc amatores anus. Ætas et corpus tenerum et morigeratio, Hæc sunt venena formosarum mulierum. Mala ætas nulla delenimenta invenit.* Bonam ætatem quoque dicimus adulescentiam vel iuventutem. M. Tullius de senectute: *quod si ipsis voluptatibus bona ætas fruitur lubentius, primum parvulis fruitur rebus.* Nam prudentissime noster Maro diei partes primas, quasi eius ætatem puberem, meliorem dixit, nono libro: *nunc adeo, melior quoniam pars acta diei est.* Senium ipsum positum sic. Titinius Veliterna: *quod pestis, senia et iurgia sesemet diebus emigrarunt.* Novius Gallinaria: *operæ, quæ actor,*

ADNOTATIO CRITICA.

Ephesio: næ tum cj. Spengel. 20 *merx mala* Editt. *est tergo* cj. Turneb. 17. 21. 30 *istuc* o. L.

pag. 2. *reticentia* cj. Gulielmus 1. 17. 10 *parvis fruitur* W. *die partes* W. *diei senium* M. *quot pestes* Ed. 1526. *sese meis ædibus* cj. Merc. Lips. Ant. Lect. IV. 5. cfr. Barth. Adv. XVII. 2. *semet ædibus* Bothe. 20 *opere* W. L. A. *operæ, coactor* Lips. H. Steph.

cantor, cursor: senium sonticum! Accius Epinausimache: *mors amici subigit, quod mihi est senium multo acerrimum.* Pomponius Præcone posteriore: *calve, adportas nuntium Nobis disparem, divisum, huic seni senium et metum.* Lucilius saturarum lib. xv: *in numero quorum nunc primus Trebellius multos Titos Lucios narcesibai febris, senium, vomitum, pus.* Turpilius Demiurgo: *quia enim odio ac senio mihi hæ sunt* (p. 3.) *nuptiæ.* Pacuvius Peribœa: *metus, egestas, mœror, senium exiliumque et senectus.*

Velitatio dicitur levis contentio, dicta ex congressione velitum. Plautus Asinaria: *verbis velitationem fieri compendi volo.* Idem Menæchmis: *nescio quid vos velitati estis inter vos duo.* Turpilius Lindia: *comperce verbis velitare, ad rem redi.* Afranius Privigna: *interea verba iactare, et labris Inter se velitari, velificarier.* Cæcilius Pausimacho: *hic desunt quatuor lineæ quæ in autentico non erant scriptæ.*

[Frygiones] leat. Hoc Virgilius probat in libro nono: *vobis picta croco et fulgenti murice vestis.* Item in eodem nono: *o vere Frygiæ; neque enim Fryges.* Titinius Barbato: *frygio fui primo, beneque id opus scivi; reliqui acus aciasque ero atque eræ nostræ.* Plautus Menæchmis: *pallam ad frygionem fert, confecto prandio.* Varro Cosmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου: *frygio, qui pulvinar poterat pingere, soliar deuigebat.*

Hostimentum est æquamentum; unde et hostes dicti sunt, qui ex æqua causa pugnam ineunt. Plautus Asinaria: *par pari hostimentum datum est, opera pro pecunia.* Unde et hostire dicitur. Idem in eadem: *quin promitto, inquam, hostire contra, ut memineris;* id est, æqua reddere.

Tolutim dicitur quasi volutim (p. 4.) vel volubiliter. Plautus Asinaria: *demam hercle iam de hordeo, tolutim ni badizas.* Novius Gallinaria: *o pestifera, Pontica, fera, trux tolutiloquentia;* id est, volubilis locutio. Idem Macco exule:

pag. 2. *subicit* L. m. 1. *quæ mihi* M. *Lucillius* M. *saturarum* L. m. 1. 30 *Trebelleis* L. m. 1. *primu' Trebelliu' muto* Guliel. I. 23. *marcescebat* A. *obmarcescebat* J. *vomitus, pus* Editt. *plus* Codd. *hae sunt* om. W. M.

pag. 3. *Pacubius* W. L. m. 1. 10 *velitarier* (om. *velificarier*) Carrio II. 16. e membr. pr. M. *vellicarier* cj. Gerl. *Cecilius Pausimacho mum in terenti (interiere) tamen Toga dicta est.* MSS. Merc. Codd. omnes boni W. L. Montp. Interposita sunt (in L. septem columnis) inter v. *Pausimacho* — et *leat hoc* quæ in Editt. leguntur p. 404. 14; *Toga — auster nascitur* p. 409. 14. Quarti capitis folium fuisse et bibliopegi errore in hunc locum prorsus alienum illatum esse intellexit Mercerius reposuitque p. 406. 13. — 409. 13. Præterea nonnulla excidisse hoc loco manifestum est ac testantur verba: *hic desunt quatuor lineæ quæ in autentico non erant scriptæ*, quæ in Victorino Codice reperit M. et nos item in libro W. vidimus. Idemque et L. *leat* servavit. Hæc lacuna forsitan ita explenda: *Frygiones sunt artifices vestium acu pictarum a Frygibus dicti, quod ea gens ejusmodi vestibus uti soleat.* Roth. 20 *Depigebat* MS. Nic. Fabri prob. Merc. *lævigabat* cj. Scalig. Conj. p. 29. *defingebat* cj. Turneb. XVII. 21. 30 *ostire* W. *hostire* L. *contra ut merueris* Editt.

pag. 4. *Quasi lutim* W. MSS. Merc. *Nævius*

edixi, iturum hominem in Tuscos tolutim? idem Lucilius Saturarum lib. viii: *si omne iter evadit, stadiumque acclive tolutim.* Idem: *velle tolutim hic semper incepturus videtur.* Varro Trihodite trifolio, περὶ ἀρετήσεως: *sed ut ecus, qui ad vehendum est natus, tamen hic traditur magistro, ut equiso doceat tolutim.* Pomponius Decuma fullonis: *et ubi insilui in cocleatum eculeum, ibi tolutim tortor.* Varro Agathone: *hæc postquam dixit, cedit citus celsus tolutim.*

CAPULUM dicitur quicquid aliquam rem intra se capit: nam sarcofagum, id est sepulchrum, capulum dici veteres volunt, quod corpora capiat. Plautus Asinaria dicens de sene: *peri misera! ut osculatur carnifex, capuli decus.* Idem Milite: *quid ais to? tam tibi ego videor oppido hacheruntius? Tam capularis?* id est, capulo proximus. Novius Pappo præterito: *dum istos invitavis suffragatores, pater, Prius in capulo, quam in curuli sella suspendis natis.* Lucilius Saturarum lib. ii: *quem illi cum vidissent Hortensius Postumiusque,* (p. 5.) *Ceteri item, in capulo hunc non esse, aliumque cubare.* Varro Cosmatoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου: *propter cunam capulum positum nutrix tradit pellictori.*

TEMULENTA dicta est ebriosa, dicta a temeto, quod est vinum, quod attemtet. Plautus Aulularia: *quia temeti nihil allatum intellego.* Idem Truculento: *sive adeo caret temeto, tamen ab ingenio improbus.* M. Tullius de Rep. lib. iiii: *ita magnam habet viam disciplina verecundiæ: carent temeto omnes mulieres.* Varro Et modus matula, περὶ μέθης: *quis in omni vita helio πιόδεπες olfacit temetum?* Idem Modio: *tremodiam amphoramque eandem temeti, ac arris modium.*

CINAEDI dicti sunt apud veteres saltatores vel pantomimi ἀπὸ τοῦ κεινεῖν σῶμα. Plautus Aulularia: *ita fustibus submollior magis, quam ullus cinædus.* Idem in Milite: *tum ad saltandum non cinædus malacus æque est.* Idem in Sticho: *lepidam et suavem cantionem aliquam occipito cinædicam;* id est, quæ ad saltandum movere posset. Lucilius Satyrarum lib. i: *stulte saltatum te inter venisse cinædos.* Varro Honos lyras: *merentis, ut quietus ac demissior probandus, Ἀχιλλέως ἡροικὸς, ἰωνικὸς κιναίδου.*

Gallinaria Montp. *Pontica* Codd. *sontica* cj. Gul. II. 7. prob. Mercerio. *exule ê dixi* L. W. *item Luc.* Editt. 10 *omnem inter* W. *belle* cj. Merc. *vele'* cj. Guliel. II. 7. *Triodite* L. *ecus* L. *equus* rell. *Tripylio* περὶ ἀρετῆς κτήσεως M. *clocleatum eculeum* W. *cocleatum* L. MSS. Merc. *coleatum* cj. Turn. XVII. 21. 20 *perii* Editt. *ais tu? tam* M. *ais tu? Itane* A. I. *Acheruntius* Editt. 30 *invitabis* M. *suspendes nates* M.

pag. 5. *Varro Cosmophthoro* A. *pollictori* M. *pollinctori* A. J. *cunas* cj. Guliel. I. 5. *attemptet* W. *attemtet* L. 10 *habet vim* I. M. *Est modus matulæ* Turn. XVII. 21. J. M. *olfacite metum* L. *heluo probe olfacit* cj. Muret. IV. 8. *helluo πιὼν δέπας* cj. Jun. *Modio* om. W. *ac farris* J. M. 20 *κινεῖν* Editt. *sum mollior* Editt. *demissor probrandus* W. ἡρωικῶς, ἰωνικῶς cj. Turn. XVII. 21.

(p. 6.) Exercitum dicitur fatigatum, dictum ab exercitio. Sallustius in Iugurthino bello: *Nabdalsa exercito corpore,* Plautus Bacchidibus: *quæ sodalem atque me exercitos habet.* Lucretius secundo: *concilis et discidiis exercita crebris.* Afranius Suspecta: *ita, ut huic ero adulescenti, cui suspicium tradidit, qui me est animi exercitus.* Virgilius lib. iii: *nate, Iliacis exercite fatis.*

Tenus est laqueus, dictus a tendicula. Plautus Bacchidibus: *nunc ab transenna turdus lubricum petit; Pendebit hodie pulchre, ita intendi tenus.*

Illicere est[a] proprie illaqueare. Nævius Lycurgo: *alis sublimen alios saltus illicite, ubi Bipedes volucres lino linquant lumina.*

Peliceos a Græco vocabulo significantiam sapientes inflexam putant, quasi pellex, hoc est ut pallacis: quod si hoc non est, vana compositio hominis videri potest.

Calvitur dictum est frustratur, tractum a calvis mimicis, quod sint omnibus frustratui. Plautus in Casina: *nam, ubi domi sola sum, Soror manus calvitur.* Pacuvius Medo: *sentio pater, te vocis calvi similitudine. Sed quid conspicio? num me lactans calvitur Ætas?* Accius Eurysace: *sed memet calvor: vos istum iussi ocius Abstrahite.* (p. 7.) Lucilius Satyr. lib. xvii: *si non it, capito, inquit, eum; et si calvitur, ergo fur dominum.* Pacuvius Doloreste: *me calvitur suspicio: hoc est illud, quod fore Occulte Oeax prædixit.* Sallustius Histor. lib. iii: *contrullæ calvi ratus.*

Frigere est et Frigutire et Fritinnire sussilire cum sono, vel erigi et exilire: quod quæcumque friguntur vel frigent, nimio calore vel frigore cum sono susum sussiliunt. Plautus in Casina: *nam quid friguttis? quid istuc tam cupide cupis?* Varro Virgula divina: *et pullos peperit fritiniensis.* Idem Onos lyras: *sæpe totius theatri tibiis crebro flectendo, commutare mentes, frigi animos eorum.*

Deflaccare est atterere, tractum a vestibus sine flacco. Plautus in Casina: *perit; flacco habebit iam illic homo lumbos meos.*

Depexum dictum est laceratum. Te-

pag. 6. *secundum* W. L. *conciliis* Editt. *ad. qui sum spiritum* Barth. Adv. IV. 5. *suspirium* A. J. *suspicionem tradidi, et qui* Neuk. *qui mei est* Gronov. Observ. I. 1. p. 11. *qui med. est* cj. Palm. p. 152. 10 *lumbricum* Editt. *Novius* A. *sublimem* L. *n* m. 2. super linea. *sublime* Editt. *alii subl.* cj. Scalig. 196. prob. Mercerio. *Menalios saltus* cj. Merc. *sublimes saltus illic.* cj. Bothe, Düntz. 20 *Pellicis* vel *Pellices* Editt. πάλλαξ — παλλακίς M. *nominis* cj. Jun. *sopor manus* Editt. *Pacuv. Medea* cj. Stieglitz, sic ubique. *Medio* prob. Müller ad Varr. *vocis catui* W. L. 30 *ævitas* Scalig. Conj. p. 67. *Æetes* cj. Bergk. *istum ut iussi* A. J.

pag 7. *abstraite* L. *extraite* Montp. *si calvitur endo ferto manum. Duloreste* Editt. *ni calvitur* Herm. Welcker. *Aiax* J. *contra ille calvi* Editt. *friguttire* L. Editt. 10 *et fritinire* om. Montp. *feritinanire* L. *feritinare* J. *exilire* W. M. *excitari* L. A. J. *susum* om. Montp. *sus* (*sumsus* m. 2.) *siliunt* L. *fritinnientis* J. M. *commutari* Scalig. Ind. Varr. v. *fritinnire.* — 20 *defloccare* J. *sine flocco* cj. Carrio III. 13. Gulielm.

rentius Heautontimorumeno: *egone? si vivo, adeo exornatum dabo, adeo depexum, ut, dum vivat, meminerit semper mei.*

Sartores dicti non solum a sarciendo, verum etiam a serendo. Plautus Captivis: *sartor satorque scelerum, et messor maxume.* Et in subsequentibus aperuit: *non occatorem prius audebas dicere? Nam semper occant prius, quam sarriunt* (p. 8.) *rustici.* Varro Vinalibus, peri afrodision: *ec enim sic vide: utrum mercedem accipit is, qui meas venit segetis ut sarriat, an ego ab illo? Sic ego cum tus sim sartor, si tu plus laboras, quam ego do.*

Nautea est aqua de coriis vel, quod est verius, aqua de sentina, dicta a nautis. Plautus Curculione: *nam omnium unguentum odor præ tuo nautea est.* Idem Asinaria: *nauteam Bibere malim, si necesse sit, quam illam oscularier.*

Tricae sunt inpedimenta et implicationes: et *intricenare* impedire, morari: dictæ quasi tricæ, quod pullos gallinaceos involvant et inpediant capilli pedibus implicati. Plautus Curculione: *quod argentum, quasi tu mihi tricas narras?* Idem Epidico: *aliqua ope exsolvam, extricabor aliquam,* inde ex impedimentis liberabor. Lucilius Satyr. lib. xi: *nec mihi amore hoc opus, nec tricone vadato.* Turpilius Demiurgo: *iudicia, litis, turbas, tricas, contiones maxumas.* Afranius Epistula: *ita intricavit huius rem temeritas.* Varro Gerontodidascalo: *putas eos non citius tricas Tellanas, quam id extricaturos?* Plautus. *Est lacuna trium linearum et dimidiæ.*

Caperrare est rugis frontem contrahere et asperare, tractum a caprorum frontibus crispis. Plautus Epidico: *quid illud est, quod illi caperrat* (p. 9.) *frons severitudine?* Varro Eumenidibus: *quin mihi caperratam tuam frontem, Strobile, omittis.*

Examussim dicitur examinate ad regulam vel coagmentum: est enim amussis regula fabrorum, quam architecti, cum opus probant, rubrica inlinunt. Plautus Amfitryone: *si vera loquitur hæc, amussim est optima.* Idem Milite: *inest in hoc emussitata sua sibi ingenua indoles,* id est, examinata. Idem in Menæchmis: *ut hanc rem vobis examussim disputem.* Varro *Πατρὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδοποιΐας*: *ac quare, si diu gens est ad amussim, per me licet adsumas teneo διάκον.* Idem Quæstionum Plautinarum lib. ii: *amussis est æquamen levamentum; id est apud fabros tabula*

ad Amph. 1. *perii* Editt. *Ego si vivo* Montp. *serendo* W. L. Montp. *a sarriendo* Editt. pag. 8. *etenim* J. M. *segetes* Editt. *tus sim* W. L. MSS. Merc. B. *comptus sim* cj. Turn. *cum tuus sim* cj. Acidal. M. 10 *intricare* A. J. *quasi τρίχες* M. 20 *argentum, quas* J. M. *aliqua, id est, ex* J. M. *putas eo non* W. *Atellanas* A. J. 30 *Plautus* om. A. J. in MSS. M. et W. est lacuna trium linearum, in L. et B. dimidiæ. *caperare* Editt. pag. 9. *quid mihi* Montp. A. *Str. ostendis* Montp. *vel coagmentum* om. Montp. 10 *vera hæc loquitur, examussim* Editt. *Varro τοῦ πατρὸς* J. M. *ac* om. L. Editt. *dia gens* cj. Merc. *id ingens* cj. Jun. *dium genus e s* cj. Palm. 148. *adsumus* W. *διάκονο:*

quædam, qua utuntur ad saxa coacmentata. Plautus.

Mutus onomatopœia est incertæ vocis, quasi mugitus; nam mutus sonus est proprie, qui intellectum non habet. Nævius Lycurgo: *ducite eo tum argutis linguis mutas quadrupedis.* Accius Epinausimache: *item ad moestitiam mutuam infantium quadrupedum.*

Dispennere est expandere, tractum a pennis et volatu avium. Plautus Milite: *ubi lubet, dispennite hominem diversum et distendite.*

Focula dicta sunt nutrimenta; unde (p. **10.**) et foculare dicitur, ut fovere. Plautus Persa: *Ad ædes; nam iam intus ventris fumant focula.*

Bardum est vi propria et ingenio tardum. Nam Græci bardos tardos dicebant. Homerus Iliados xxii: *Βάρδιστοι μὲν γὰρ οἱ ἔσαν καλλίτριχες ἵπποι, Ἥκιστος δ' ἦν αὐτὸς ἐλαυνέμεν ἅρμα ἐν ἀγῶνι.* Plautus Persa: *nimis tandem equidem pro barda et pro rustica reor habitam Esse abs te.*

Ilex et **exlex** est, qui sine lege vivat. Plautus Persa: *impure, inhoneste, iniure, ilex, labes popli.* Lucilius Satyr. lib. ii: *non dico, vincat licet et vagus exulet, erret Exlex.* Varro Sciomacia, *περὶ τύφος: postremo quæro: parebis legibus, an non? Anne exlex solus vivis?* Lucilius lib. xxx: *accipiunt leges, populus quibus legibus exlex.* Cæcilius Sarpazomene: *quid narras, barbare, cum indomitis moribus, illitterate? ilex es.* Sisenna lib. iiii: *armis, equis, commeatibus nos magis iuverunt exleges; et minus honore dignos putabitis?* M. Tullius pro Cluentio: *non quo illi aut exlegem ullam, aut causam pecuniæ publicæ contemptam atque abiectam putarunt.*

Lurcones dicti sunt a lurchando: lurchare est cum aviditate cibum sumere. Lucilius Saturarum libr. ii: *nam* (p. **11.**) *quid moetino, subiectoque huic opus signo, Ut lurcharetur lardum, et carnaria fartim Parum conficeret?* Pomponius Syris: *lapatium nullum utebatur, lardum lurchabat lubens.* Plautus Persa: *perennis herbæ lurco, edax, furax, fugax.* Lucilius Satyr. lib. v: *vivite lurcones, comedones, vivite ventris.* Varro Eumenidibus: *contra cum psalte pisia, et cum Flora lurcare at strepis.*

Torialim et **Torialium** designator est Varro de vita P. R. libro i: *quod*

Turn. *οἰάκων* A. J. *μακρόν* Cod. Jun. 20 *coagmentata* Editt. *ducite eo cum* Editt. *cum* om. Scal. *eo argutilingues* Bothe 2. Düntz. *item ac m.* — *infantum* Schoell p. 436.

pag. **10.** *at edes* J. M. *μοι γὰρ* M. Græca in W. L. fœde corrupta. 10 *vivit* Editt. Post *illex* sequitur in W. L. *Torialim* p. **11.** l. **12—17** *adpellabant*, sed sunt hæc verba uncinis inclusa. *inlex* L. m. 1 *σκιαμαχία περὶ τύφου* A. J. M 20 *Harpazomene* A. J. M. *Sullam aut causam* M. *putarent* M. 30 *lurcando* Editt. et sic reliqua. *lurcare enim est* Montp.

pag. **11.** *subrectoque* Dusa. *fartim* Codd. *furtim* cj. Turn. prob. Merc. *fartim patrum* Scal. p. 363. 469. *patrum* cj. Turn. XVII. 22. prob. Merc. *partim* Cod. Jun. *parum* om. Montp. prob. Lind. Jun. ex coniectura. *larpathium* M. *nullus* cj. Lips. *nullus vescebatur* Gul. I. 14. *vivite glutones com.* cj. Scal. *ventres* A.

frontem lecticæ struebant, ex ea herba torta torum appellatum; hoc quod inicitur, etiam nunc toral dicitur; lecticam qui involvebant, segestria adpellabant.

Concenturiare est colligere, dictum a centuriis, quæ ad suffragia conveniebant. Plautus Pseudulo: *concenturio in corde sycofantia est.* Terentius Formione: *ego in insidiis Subcenturiatus, si quid deficies.*

Finitores dicebantur, quos nunc agrimensores dicimus, dicti, quod finis dividerent. Plautus Pœnulo: *eius nunc regiones, limites, confinia Determinabo, eius rei ego sum factus finitor.*

Passum est proprie rugosum vel siccum. Plautus Sticho: *in portum vento secundo, velo passo pervenit;* id est, laxo et rugoso: unde et uva passa dicta est, quod sit rugis implicata. Plautus (p. 12.) Pœnulo: *siquide aes tu mecum futurus pro uva passa pensili.* Lucilius Satyr. lib. xviiii: *rugosi passique senes eadem omnia quærunt.*

Expes dicitur sine spe. Accius Eurysace: *ille orbus, expes liberum.* Idem Medea: *exuli, inter hostis, exspes, expers, desertus, vagus.*

Exules dicuntur extra solum. Virgilius Georgicon lib. iii: *longeque ignotis exulat oris.* Et in consequentibus: *et stabula aspectans regnis excessit avitis.*

Vestispici appellabantur vestium custodes servi, quod frequenti diligentia vestis inspiciant. Plautus Trinummo: *nox datur, ducitur familia tota: Vestispici, unctor, auri custos.* Afranius Vopisco: *novi, non inscituram ancillulam vespere et vestispicam.* Varro Pappo, aut indige: *nasturcium indige non in vides ineo dici, quod nasum torqueat: vestispicam, quod vestem spiciat?*

Suppilare est involare vel rapere, a pilorum raptu; vnde et furtum passi compilari dicuntur. Plautus Truculento: *hæc Cum video fieri, suffuror, suppilo, de præda prædam Capio.* Cæcilius Nauclero: *suppilatum est eum atque ornamenta omnia.* Pomponius (p. 13.) Sarcularia: *alter amad portat, prodigit, patrem suppilat semper.*

Austra proprie dicuntur rotarum cadi, ab auriendo, sicuti Græce antlia. Lucretius libro v: *ut fluvios versare rotas atque austra videmus.*

Veterina animalia dicuntur omnia, quæ vehere quid possunt. Lucretius

10 *Torialim — adpellabant* h. l. in W. L. desunt sine ullo signo transpositionis. *toral et torialum stragulum est. Varro de vita pop. Rom.* A. *Toral ab herba torta dictum esse design.* cj. Merc. *qua frontem* cj. Müller ad Varron. p. 166. 20 *pseudolocus* L. *cui centurio* W. B.

pag. 12. *siquidem es tu* Editt. *exspes* L. 20 *insciturам* W. A. *inscitunam* L. *insciam* B. MS. Fabri. *inscitulam* cj. Guliel. in Plauti Cistell. prob. Merc. Bothe. *inspecturam* mg. J. Neuk. *inscitam* Gœller ad Plauti Trinumm. *vespere et vestipicam quod vestem spiciat suppilare* L. A. mediis omissis. *vestiplicam et vestispicam* Bothe. *vespertino vestispicam* Neuk. *nonne vides ab eo dici* cj. Merc. 30 *est aurum* Bothe, Spengel. *osnamenta* Spengel ex Varrone p. 252.

pag. 13. *alter amat potat* cj. Guliel. I. 11. prob. Merc. 10 *partum* Editt. *ne forte ex homine et* M. *dicuntur in dubio* Montp.

lib. v: *et genus omne, quod est veterino semine parturiendi.* Idem: *torte homine veterino semine quorum.*

Crepera res proprie dicitur dubia; unde et crepusculum dicitur lux dubia, et senes decrepiti dicti, in dubio vitæ constituti. Creperum bellum anceps et dubium. Lucretius lib. v: *exæquataque sunt creperi certamina belli.* Accius Fœnissis: *quæ ego cuncta esse fluxa in mea re crepera comperi.* Idem Telefo: *nunc tu in re crepera tua quid capias consilii, vide.* Luçilius Satyr. lib. v: *sannunt solis mihi in magno mœrore, Tristitia in summo crepera inventus salutis.* Pacuvius Doloreste: *non vetet animum ægritudinem in re crepera confici?* Plautus in Asinaria: *qui quidem cum filio Potest unam, atque unam amicam ductitet decrepitus* (p. 14.) *senex.* Varro Mysteriis: *prisca, horrida silent ora clam crepera in nemoribus.*

Avernus lacus idcirco appellatus est, quia est odor eius avibus infestissimus: huius rei manifestator est Lucretius lib. v: *principio, quod Averna vocantur nomine, id a re Impositum est, quia sunt avibus contraria cunctis.* Unde et Virgilius lib. vi: *inde ubi venere ad fauces grave olentis Averni, Tollunt se celeris.* Et postea in eo libro: *quam super haud ullæ poterant inpune volantes Tendere iter pennis; talis sese alitus atris Faucibus effundens supera ad convexa ferebat.*

Vitulantis veteres gaudentes dixerunt, dictum a bonæ vitæ commodo: sicuti, qui nunc est in summa lætitia, vivere eum dicimus. Nævius Lycurgo: *ut in venatu vitulantis ex suis Locis nos mittant poenis decoratus feris.*

Extorris dicitur extra terram vel extra terminos. Accius Eurysace: *nunc per terras vagus, extorris regno, exturbatus mari.* Turpilius Lemniis: *neque durare possunt; ita Huius inscientia atque dementia extorrem facit.* Sallustius in Iugurthino bello: *sicuti videtis, extorrem patria, domo, inopem et coopertum miseriis effecit.* Vir- (p. 15.) gilius Æneidos lib. iv: *finibus extorris, conspectu avulsus Iuli.*

Enoda significat explana; et quæ sit proprietas, manifestum est, hoc est, nodis exsolve. Accius Eurysace: *tu autem, quod quæro abs te, enoda et, qui sis, explica.* Idem Alfesibœa: *quid itam obscuri dicunt est, tamve inenodabile?* Ennius Telefo: *verum, quorum liberi*

20 *Samni in sole mihi in m. m. metuque, Tr. in summa cr. in re inventus sal.* cj. Scalig. *Sane tute sole m. in m. m. crepera re inventus ventus salutis* cj. Palm. p. 121. *Sane tu solus — Tristitia in summa crep. in re portus sal.* cj. Merc. 30 *ægritudine* M. *potet una* Editt. *ductitet* W. A. *ducitet* L.

pag. 14. *oracla* Editt. *nomen* A. J. M. 20 *aviis* cj. Scalig. 196. Conj. p. 82. *ex feris — pennis decoratos suis* Bothe, Düntz. *suis locis Nos m. Poenis d. f.* Rost. opusc. Pl. p. 176. *ex feris suis locis* cj. Düntz. *Lucis — pennis* cj. Merc. *Poenis decoratos feris* Scaliger. *suis Locis — decoratos f.* cj. Guliel. ad Plaut. Amph. I. 30 *possum* cj. Merc.

pag. 15. *abs te* om. L. A. *et quæ sis* L. m. 1. 10 *obscurodicunt* MSS. Merc. *obscuridicum* cj. M. *gnate* cj. Merc. Palm. 185. *enoda*

leto dati Sunt in bello, non lubenter hæc enodari audiunt. Turpilius Demetrio: *ab initio ut res sit gesta; enoda mihi.* Pacuvius Peribœa: *gnato ordinem omnem ut dederit, enodat patri.* M. Tullius de Finibus bonorum et malorum lib. v: *hæc igitur nobis explicanda sunt; sed si enodatius, vos ignoscetis: cuius ætati.* Varro de vita P. R. lib i: *neque in ita singulis rebus diutius moremur, ut dixi, atque enodare subtilius velimus.*

Grummus dicitur agger, a congerie dictus. Accius Oenomao: *quemcumque institeram grummum, aut præcisum iugum.*

Torris dicitur fax; unde et torridare dicimus comburere. Accius Menalippo: *regina, erit tempus, cum hic torris, quem amburi vides.* Idem Maleagro: *eum suum vitæ finem ac fati internecionem fore Maleagro, ubi torrus esset interfectus flammeus.*

(p. 16.) Expectorare est extra pectus eicere. Accius Fœnissis: *incusant ultro, a fortuna opibusque omnibus Desertum, abiectum, afflictum ex animo expectorant.* Idem Epigono: *eloquere proprie, ac pavorem hunc meum expectora.* Cicero de Orat. lib. iii: *tum pavor sapientiam mihi omnem exanimato expectorat.*

Extispices proprie aruspices dicti sunt, quod exta spiciant. Accius Medea: *principio extispicium ex prodigiis congruens ars te arguit.* Varro Serano περὶ ἀρχαιρεσιῶν: *ait consulem mihi pelum cedere, subsilio, et hostias ed extispicis disputanti relinquo.*

Lactare est inducere vel mulgere, vellere, decipere. Accius Medea: *nisi ut astu ingenium lingua laudem et dictis lactem lenibus.* Pacuvius Iliona: *ne porro te error, qui nunc lactat, maceret.* Cælius Hypobolimæa Rastraria: *quod prolubium, quæ voluptas, quæ te lactat largitas?* Accius Alcimæone: *tanta ut frustrando lactans, vanans protrahas.* Varro Honos lyras: *quibus suam delectet et ipse amusiam, Et aviditatem speribus lactet suis.* Cicero Tusculanarum lib. iiii: *malivolentia laetans malo alieno, delectatio, iactatio et similia.*

Succussare est susum frequenter excutere. Accius Filocteta: *agite ac, vulnus nec succusset gressus, caute ingredimini.* Lucilius Satyr. lib. iiii: *succussatoris tardi rarique caballi.*

cj. Merc. *ut ut erit enoda* cj. Palm. 20 *expl. sint* L. A. *huius aet.* Editt. *neque ita sing.* L. A. *neque in ita sing.* W. B. *neque ita ut in sing.* cj. Merc. *neque ut ita in sing.* Editt. *torris lignum ardens hic torre amat' (armatus?) obusto* W. in marg. 30 *vides maloagro* L. *Meleagro* cj. Vossii, Bergkii, Bothi. *Tum suæ vitæ — Meleagro cum esset torris* Bergk.

pag. 16. *Ex animo* M. *examinum* cj. Nic. Fabri prob. Merc. 1. *mihi omnem* Vulgata ap. Cic. ante Bentleium. 10 *extispitium* L. *extispicum* Scal. conj. p. 67. *hostias et* cj. Merc. *disputantis* cj. Merc. *ingenii fingam laudem dictis: l. mollibus* Scal. Conj. p. 67. de Iliona cfr. Nic. Loensis II. 13. *Cæcilius* Editt. cfr. Scal. ad Fest. p. 106. 20 cfr. p. 493. 17. Muret. V. L. IV. 13. *Cæcil. Hybolimaeo: Mea rastraria quod* Mur. ap. Gr. p. 953. *Alcmæone* Editt. *letans malo* W. *lætans* Mur. IV. 13. prob. Merc. 30 cfr. p. 86. 14. *tetri rarique* J. Dusa.

pag. 17. *Pictoribus* MSS. M. W. L. A. *accipe,*

Idem lib. xv: *Campanus sonipes succussor nullus sequetur.*

Strena dicta est a strenuitate. Pomponius (p. 17.) Pictoribus: *asside, si qua ventura est alia strena strenae.*

Adulatio est blandimentum proprie canum, quod et ad homines tractum consuetudine est. M. Tul. de Deorum natura lib. ii: *canum vero tam fida custodia, tamque amans dominorum adulatio.* Idem de officiis i: *cavendum est, ne assentatoribus patefaciamus auris, neve adulari nos sinamus.* Lucretius: *cannit vocis adulat.* Accius Prometheo: *tui mei volans Pennata cauda nostrum adulat sanguinem.*

Manducones, qui manduci dicti sunt, et mandones, edaces. Pomponius Pictoribus: *magnus manducus, camillus, canterius.* Lucilius: *atque omnes mandonum gulæ.* Varro Vimargo: *magna ut tremescat Roma, et magnæ mandonum gulæ.*

Senica significat senex. Pomponius Pictoribus: *pappus hic medio habitat, senica, non sescuntia.* Idem Præcone posteriore: *sed me exercet senica nequam, neque illo quid faciam scio.*

Gradarius est molli gradu et sine succussatura nitens. Lucilius Saturarum lib. xiiii: *ipse ecus non formosus, gradarius, optimus victor.* Varro Modio: *an qui gradu tolutili, te medius quam tute molliter vectus, cito relinquat?*

Exdorsuare, dorso nudare. Plautus Aulularia: *tu Macerio Congrum, murenam exdorsua, quantum potes.*

Delerare est de recto decedere: lera est autem fossa recta, quæ contra agros tuendos ducitur, et in (p. 18.) quam uligo terræ decurrat. Pomponius Prostibulo: *iamne abierunt? iam non tundunt? iamne ego [sum] in tuto satis? Nunquis hic resistit, qui nondum labeas lerarit mihi?* id est, confoderit. Lucil. xxvi: *quapropter delero, et cupidi officium fungor ruberum.* Plautus Amfitryone: *delerat uxor.*

Centuriatim dictum est abundanter et copiose; a centuriis, quæ suffra-

si qua ventura (*vel eventura*) *str. strenuo* cj. Acid. ap. Grut. VI. p. 108. *strenue* cj. Bentin. *fida — idem* om. W. L. sed W. in marg.: hic desunt duæ lineæ q. in autentico non erant scriptæ. *fida — adulatio* om. B. lacuna lineæ dimidiæ A. 1526. 10 *canis vocis adulat* A. *canit* L. *gannitu* Editt. cfr. p. 450. 9. *tui mei volans* W. L. MSS. M. A. *sublime avolans* cj. M. Turn. II, 9. *sublime advolans* A. 1526. e Cicerone cfr. Cic. Tusc. II. 10. Schütz ad Æschyl. V. no. 179. *camellus* Libri Turn. 17. 25; *camelus cantherius* cj. Merc. *cammelus canth.* Scalig. 185. *camelus* idem p. 80. *bimargo* A. *Bimarco* Turn. 17. 24. 20 *seneca non sescuntiæ* L. *non sescunciæ* Turn. 17. 25. *hac in ædi — non sequisenica* Scalig. Conj. p. 80. *his in ædibus — non sescunciæ* Guli. II. 16. *hic in medio* A. Turn. *sed me sed exercet* W. *ecus* L. *vector* Editt. *mediis campis molliter* cj. Merc. 30 *Machærio* Editt. *potest* L. *delerare* W. MSS. Jun. *lera est* W. B. *lira est* Montp. L. *decedere* W. L. Montp. *delirare — recedere lira* Editt.

pag. 18. *ruberum* MSS. W. L. Vat. *ruderum* Vulg. *tuberum* cj. Duza. *Iberum* cj. Lips. 10 *vim sternenda et* W. L. MSS. M. *viamque st.* cj. Jun. prob. Duza. *viam struendam* A. *viai sternendæ iac.* cj. M. *huc agerem* L. *aggerent* A. J. 1583.

gium in comitiis ferebant. Pomponius Prostibulo: *continuo ad te centuriatim current, qui panem petent.*

Rumen dicitur locus in ventre, quo cibus sumitur, et unde redditur; unde et ruminare dicitur. Pomponius Prostibulo: *ego rumorem parvi facio, dum sit, rumen qui impleam.*

Rudus, stercus, quod raditur. Lucil. Satyr. lib. xi: *viam sternendam, et iaciendum huc aggerem, et id genus rudus.*

Rutrum dictum est a radendo: Pomponius Pannuceatis: *sarculum hinc illo profectus, illum redisti rutrum.* Lucil. Sat. lib. viiii: *frumentarius est, modium hic secum, atque rutellum Una affert.* Varro Marcopoli, *περὶ ἀρχῆς*: *cui Celer di enos lemmatos logos Antipatri Stoici filius rutro caput displanat.*

Nebulones et Tenebriones dicti sunt, qui mendaciis et astutiis suis nebulam quandam, et tenebras obiciant; aut quibus ad fugam fugitivis et furta hæc erant accommodata et utilia. Pomponius Pannuceatis: *quid dedi nebuloni? quem pertesunt pauperem?* Lucil. Satyr. lib. xiiii: *Publius Pavus mihi Tubitanus quæstor Hibera In terra* (p. 19) *fuit, lucifugus, nebulo, id genus sane.* Idem lib. xx: *nugator cuidem, ac nebulo sit maximus multo.* Afranius Epistula: *huc venit fugiens tenebrione Tirrium.* Varro Papiapapæ, *περὶ ἐγκωμίων*: *si et accusator et reus erunt tenebriones, uterque utrumque vituperato.* Quod Homerus confirmat Iliad. *γ'.*: *Εὖτ' ὄρεος κορυφῇσι νότος κατέχευεν ὀμίχλην, Ποιμέσιν οὔτι φίλην, κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνω.* Varro Gerontodidascalo: *Manius Curius consul Capitolio cum dilectum haberet, nec citatus in tribu civis respondisset, vendidit tenebronem.*

Truam veteres a terendo, quam nos diminutive trullam dicimus, appellari voluerunt. Pomponius Pannuceatis: *mulier ubi aspexit tam mirifice tutulatam trullam.* Titinius Setina: *sapientia gubernator torquet navem, haut valentia; Cocus magnus aenum, quando fervit, paulo confutat trua.*

aggerem cj. M. 1. 20 *a ruendo* cj. Merc. *illim* cj. Gif. pr. M. *hinc illinc* cj. Jun. *atque etrutellum* W. L. *unam* W. B. *unum* L. A. J. 1583. *una* cj. Turn. 8. 6. *modium secum atque rutellum unum adfert* Scal. Conj. p. 33. *atque etiam r.* 1526. *etiam* cj. Bentin. *dilemmatos* cj. Victorius 23. 5. cfr. Turn. 8. 6. 17. 23. *legos — rutru* W. *logos — rutro* L. *rutro caput displanavit* Scal. conj. p. 33. 30 *fugitivis* om. Montp. *erunt* idem. *pertesunt* MSS. M. W. L. *pertesum* A. *Tubitanus* W. *turbitanus* A. L. *turditanus* J. 1583. *tuditanus* al. prob. M. pag. 19. *nugatorque idem* cj. M. *cuidem* W. L. MSS. M. *quidam* A. J. Dusa. *set maximu' muto* cj. Guliel. 1. 2. *tirium* 1476. 1483. 1511. *Tyrum* Steph. *Tyrium* Neuk. *Thurium* Bothe. 10 *in Capit.* A. J. *citatus a tribunis* Perott. *tenebrionem* Editt. *diminutive* Montp. *dimminutive* W. L. *tutulatam trullam* W. L. *truam* Editt. *titulatam trulam* B. *gubernator — valentia* om. W. L. A. B. cfr. Scalig. p. 58. *magnus ahenum* A. cfr. p. 87. 12. 503. 4. 186. 24. 249. 19; *palo consuta* A. 1526. *paula confutat* cj. Bent. ex 503. 4.

Evannetur dictum est ventiletur, vel moveatur, a vannu, in qua legumina ventilantur. Pomponius Pannuceatis: *dixi ego illud futurum, in prima valva est, vix heret misera, Evannetur, et mea ocius opera ut fiat fecero.* Lucilius Satur. lib. vii: *hunc molere, illa autem ut frumentum vannere tum vis.* Idem lib. viiii: *cursavit, ut si frumentum clunibus vannat.* Varro de re rustica lib. i: *ut quod levissimum est in eo atque appellatur acus ac palea, evannatur foras extra area.*

Vafrum est callidum et quasi valde Afrum, et urbanum. Pomponius Præcone posteriore: *tergum varium, linguam vafram.* M. Tul. de re publica lib. iii: *non sunt in disputando vafri, non vete-* (p. 20.) *ratores, non malitiosi.* Afranius Divortio: *qui conere noctu clanculum Rus ire, dotem ne repromittat vafer, Honeste ut latites, et nos laudas diutius.*

Particulones dicti sunt coheredes, quod partes patrimonii sumant. Pomponius Præcone posteriore: *age modo, sta, garri, particulones produc antibus.*

Clepere est furari, tractum a clopœ verbo Græco. Accius Epigone: *eaque ut hoc causa, aut ne quis nostra auribus verba cleperet.* Plautus Pseudulo: *rape, clepe, arpaga.* M. Tul. de re publica lib. iiii: *non modo ut Sparte, rapere ubi pueri et clepere discunt.* [Idem de nat. Deor. lib. iii: *agnum inter pecudes aurea clarum coma Quondam Thyestem clepere ausum esse e regia.*] Pacuvius Hermiona: *sermonem hic nostrum ex occulto clepit, quantum intellego.* Varro Octogiessi: *seque opifico non proviter clepere.*

Corporare est interficere, et quasi corpus solum sine anima relinquere. Ennius Andromeda: *corpus contemplatur, unde corporaret vulnere.* Accius Stasiastis vel Tropeo lib. i: *corporare abs tergo es ausus.*

Circus dicitur omnis ambitus, vel goerus, cuius diminutivum est circulus. Accius Andromeda: *quod luna circulos annuo in curso institit.*

Medicinam dicimus et venenum; tractum a Græcis, qui venenum farma-

20 *illa* W. L. A. *illam* Editt. *tum vis* W. L. MSS. M. A. 1526. *lumbis* corr. M. om. B. *cursavit* W. L. MSS. M. A. 1526. corr. M. *crissavit* Dusa. *crissabitque ut si* J. Dusa. 30 *in disserendo* Palimps. impr. Mai.

pag. 20. *de divortio* 476. 483. 511. *coner* A. 476. 511. 26. Steph. J. *quia coner* Gif. *brusire* L. W. 476. 483. 511. A. 1526. Steph. Jun. *rus ire* Scal. Cui. Guli. *repromittat* W. L. 476. 483. 511. *remittat* A. 1526 St. J. *repromittat — ludas* Guil. *laudas* W. L. A. 476. 483. 511. Steph. J. *stagari* A. *sta, Cai* Palm. p. 156. *produc antibus* W. L. *producam tibi* Editt. 10 *clopeo* Montp. *ea quam ut hoc* A. *idem — e regia* om. W. L. MSS. M. B. 483. *quondam* MS. Fabri Codd. Cic. *quendam Thyestem* A. 1583. 1526. *quem clam* Cic. sec. Bent. *clepsit quantum* cj. Merc. *octogiessi* W. L. cfr. p. 510. 27. *octogesimo si se quæ* A. 20 *si quæ opifica* cj. Guliel. pr. M. *goerus* MSS. M. L. *goeirus* W. *vel goerus* om. Montp. *dimmin.* W. L. *quod luna* W. L. *circulos* W. L. A. MSS. M. *curso* W. L. MSS. M. Jun. *cursu* Vat. cj. P. Jun. Lips. 30 *tractum — venenum* om. L. *Accius finidis* W.

con appellant. Accius Finidis: *sevenis sterilem esse illius opera st medicina autumans.*

CERNUUS dicitur proprie inclinatus, (p. 21.) quasi quod terram cernat. Lucilius Satyr. lib. iii: *cernuus extemplo plantas convestit honestas.* Virgilius x libro: *eiectoque incumbit cernuus armo.* Lucilius Saturarum lib. xxvii: *modo sursum, modo deorsum, tamquam colus cernui.* Varro de vita populi Romani lib. i: *etiam pellis bubulas oleo perfusas percurrebant, ibique cernuabant; a quo ille versus vetus est in carminibus: Sibi pastores ludos faciunt coriis consualia.*

STRICTURÆ dicuntur proprie scintillæ, quæ de ferro ferventi eunt; quod aut strictæ emittantur, id est, celeriter; aut quod oculos sui fulgore perstringant. Virgilius lib. viii: *stricturæ Chalybum, et fornacibus ignis anhelat.* Lucilius Satyrarum lib. iii: *crebræ ut scintillæ in stricturis, quod genus olim Ferventi ferro.*

QUIRITARE est clamare; tractum ab iis, qui Quirites invocant. Lucilius Satyrarum lib. vi: *hæc, inquam, rudet e rostris, atque heiulitavit, Concursans veluti ancarius, clareque quiritans.* Nigidius Commento grammatices: *clamat quiritatum.*

CARIES est vetustas, vel putrilago: unde cariceum veteres dixerunt. Lucilius Satyrarum lib. vii: *ne auriculam obsidat caries, ne vermiculique.* Turpilius Leucadia: *ei peri: viden ut osculatur cariem? num illum illæc pudet?* Afranius Privigno: *nemo illa vivit carie curiosior.*

VIROSÆ mulieres dicuntur virorum appetentes vel luxuriosæ. Lucilius Satyrarum lib. vii: *dixi: ad principium venio: vetulam atque virosam Uxorem cedam potius, quam castrem egomet me.* Afranius Divortio: *vigilans ac sollers, sicca, sana, sobria: Virosa non* (p. 22.) *sum; et si sum, non desunt mihi Qui ultro dent; ætas integra est, formæ satis.*

CAPRONÆ dicuntur comæ, quæ ante frontem sunt quasi a capite pronæ.

finisdis L. *phoenissis* A. *sevenis* W. L. MSS. M. *segem* cj. M. *sementim* idem. *severus* cj. Junianus Maius. *si venis* A. *operast* W. *opera est* L. *opera et med.* cj. M. *operæ est* A.

pag. 21. *collus* Scaliger (de petauristis) Bentin. ex 200. 18. *pertusas* W. L. *ibi* W. *sibi* L. Turn. 17. 23. 10 *coriis consualia* Scal. *cernui cons.* A. Popma, Turn. *calibum* L. *calidum* W. 20 *heiulitavit* W. L. A. *eiulitabit* Varro 7. 103. Turn. Dusa, Scal. *hinnilitabit* cj. Jan. Dusa, Turn. 17. 23. 24. *heilitabit* Scal. conj. p. 81. *ancarius* W. L. mg. J. Turn. *angarius* cj. J. *velut angarius* cj. Scal. p. 81. *arenarius* J. Dusa. *ancarius* A. *grammaticis* W. L. *quiritatur* cj. Rutg. MS. Scal. vett. Editt. Turn. *leucadia ciperi* W. L. A. J. 1583. *Ei peri*: (*hei perii*) cj. Guliel. II. 21. *Aperi* cj. I. *illa hæc pudet* W. *illunc illaec* J. *privigno vivit cari curiosior* L. *illa* om. A. 1526. habet Perott. *cariosior* A. J. ante M. 1526. Perott *curiosior* prob. Guliel. 3. 8. L. W. mg. J. Bothe, Neuk. 30 *cedam* W. L. *cædam* Editt. *sollers* W. L. Neuk.

pag. 22. *vinosa* Ed. Jun. sola 1583. *si sim* Steph. Guliel. in Plaut. Capt. V. Gronov. Observ. IV. 2. 27. Neuk. *actari* W. L. MS. Jun. *aptari* A. Dusa. *iactari* cj. P. Jun. *comes fruitare* W. *fruitare* L. A. *immissus* W. *missas* L. *quibus frequenter cere-*

Lucilius Satyrarum lib. xv: *aptari caput, atque comas fluitare capronas Altas, frontibus immissas, ut mos fuit illis.*

Cerebrosi dicuntur ad insaniam faciles, quibus cerebrum moveatur. Lucilius Satyrarum lib. xv: *te primum cum istis insanum hominem et cerebrosum.*

Gliscit est congelascit, et colligitur, vel crescit, vel ignescit. Turpilius Filopatro: *cum te salvum video, ut volui, gliscor gaudio.* Accius Æneadis: *dis summa tibi perduellum est, quorum aut quibus se a partibus gliscunt.* Pacuvius Peribœa: *sed nescio quidnam est: animi horrescit et gliscit gaudium.* Sallustius historiæ lib. iii: *neque iam sustineri poterat, inmensum aucto mari, et vento gliscente.* Virgilius lib. xii: *haud secus accenso gliscit violentia Turno.* M. Tul. in Hortens.: *ad iuvenilem lubidinem copia voluptatum gliscit illa, ut ignis oleo.* Plautus Asinaria: *tempus est subducere hinc me: pulchre hoc gliscit proelium.*

Postomis dicitur ferrum, quod ad cohibendam equorum tenaciam naribus vel morsui imponitur; græce, ἀπὸ τοῦ στόματος. Lucilius Satyrarum lib. xv: *truleus postomide huic ingens de naribus pendet.*

Tricones morosi et ad reddendum duri. Lucilius Satyrarum lib. xi: *Cotta senex Crassi pater huius paneci Magnus fuit trico nummarius, solvere nulli Lentus;* id est, facilis.

Sagæ mulieres dicuntur feminæ ad lubidinem virorum indagatri- (p. 23.) ces; unde et sagaces canes dicuntur, ferarum vel animalium quæsitores. Lucilius Satyrarum lib. vii: *ætatem et faciem, ut saga et bona conciliatrix.* Turpilius Boethontibus: *non ago hoc per sagam pretio conductam, ut vulgo solent.*

Lapit significat obdurefacit, et lapidem facit. Pacuvius Peribœa: *lapit cor cura, erumna corpus conficit.*

Mones apud veteres dicebantur nonam largatia ignota erat, sed consen-

brum A. Dusa. L. 10 *di* L. J. A. Steph. *dis* W. *de* 1526. *Decio summa* mg. J. *Dissumam* 1476. 1483. 1511. *de summa tibi rerum duellum, quod ab iis se partibus gliscit: quibus rem* p. 75. 3. cj. Delr. *Dis summatibus perd. est, quorum auguriis gliscunt sese a partibus* cj. Scriver. *vis summa est ubi perduellûm? quonam aut quibu' se a (quibus a) partibus Gliscunt* cj. Voss. *summa ibi perduellum est. — Quo — gliscunt?* cj. Bothe. *summa tibi perduellium est Quorum? aut — gliscunt?* cj. Neuk. *summa ibi pol duelli est. B. Quorsum aut* Bothe 2. *De summa tibi rerum duellum est, quod ab iis se partibus Gliscit quibus rem summam et patriam quondam adauctavit pater.* cj. M. 1. *se apertius* 1476. 1483. 1511. *horrescit et gliscit* W. L. A. *et* om. Editt. *Sallustius historiae* W. L. *historiarum* A. 20 *postomis* cfr. Turn. 17. 24. 28. 8. qui *prostomis* conj. *cohibendum* A. *trulleus pro stomide* cj. Salm. *tricones* cfr. Turn. 17. 24. 28. 8. cfr. p. 338. 10. *XI Lucilius Cotta* L. A. *Luciu' Cotta* Guliel. Acid., Dusa, Turn. *paceni* L. Turn. 17. 24. *panecci* W. *pacem* A. *Panaeti* J. Dusa. Guliel. 2. 21. Acid. 1526. ex cj. Bent. *peracer Magnu'* cj. Mur. V. L. 3. 18. ap. Gr. II. p. 944. *id est facilis* obloq. Guliel. II. 21. defend. Muret. 3, 18. Turn. 17. 24. *trico fuit nummariu'* Guil. Acid. ap. Gr. VI. p. 200. Dusa Turn. pag. 23. 10 *largiatia* W. *largiatia* L. *consencientes* W. *ad id quæ* W. *ad id quæ*

tientes ad ea, quæ amici velint. Pacuvius Duloreste: *animum quæ tum largitio multis ignota erat; munificus nemo putabatur, nisi pariter volens.* Lucilius lib. xxvi: *munifici comesque amicis nostris videamur viri.*

Petulantia dicta est a petendo. M. Tullius de re publica lib. iiii: *itaque a petendo petulantia, a procando, id est poscendo, procacitas nominata est.*

Procacitas a procando, id est, poscendo dicitur: unde et proci dicti sunt matrimoniorum petitores. M. Tullius de re publica lib. iiii: *a procando, id est poscendo, procacitas nominata est.* Terentius Hecyra: *maligna multo, et magis procax facta ilico est.* Livius Ægistho: *quin, quod parere vos maiestas mea Procat, toleratis, temploque hanc deducitis?*

Kalendarum vocabulum proprium Varro complexus est de vita populi Romani lib. i: *itaque Kalendis kalabantur, id est vocabantur; et ab eo Kalendæ appellatæ, quod est tractum a Græcis, qui calin, vocare dixerunt.*

Consulum et prætorum proprietas, quod consulant et præeant populis, auctoritate Varronis ostenditur, de vita populi Rom. lib. ii: *quod idem dicebantur consules et prætores: quod præirent populo, prætores: quod consulerent senatui, consules.*

Ignominia est nominis nota. (p. 24.) M. Tul. de re publica lib. iiii: *censoris iudicium nihil ferre damnato nisi ruborem offerent. Itaque ut omnis ea iudicatio versatur tantum modo in nomine, animadversio illa ignominia dicta est.* Lucilius libro xxviiii: *Apolost nomen, qui te antiquis non sinet Delicis maculam atque ignominiam imponere.*

Fidei proprietatem exemplo manifestavit M. Tullius de re publica lib. iiii: *fides enim nomen ipsum mihi videtur habere, cum fit, quod dicitur.*

Portitores dicuntur telonearii, qui portum obsidentes omnia scisciten-

x. *amici* L. *non a largiendo sed consentientes ad ea quæ amici velint* cj. M. *non a largitione quæ ignota* A. 1476. 1511. J. Dusa. *non a largitione quæ tum multis ignota erat, sed c. — volunt.* Grauert. *animum* * *Et munificus* cj. Grauert p. 95 sq. *nam quia tum* cj. V. D. cfr. Sal. Jug. 103. *animumque cum* 1496. 1511. *tum* J. *animum munem* Stieglitz Pacuv. p. 121. sq. *munifici munesque* A. *petulantia a petendo id e. poscendo* L. *præcando* W. iterum 24. 2. 20 *est Procacitas — deducitis* p. 23, 32 — 24, 7. W. L. 24, 2. *nominata est procacitas a præcando terentius* L. W. dittogr. 24. 5. *Egisto* W. *Hegisto* L. *vos parere* Voss. 24, 7. *mea vos pr. mai.* Bothe. *templo hanc* A. *temploque hac* 1511. *ex temploque illam* J. 1583. 23, 21. *Kalendarum* semper W. Ms. J. *Cal.* L. *appellatæ — dixerunt* om. Popma. *quod consulant et præeant* L. *calin* W. L. *καλεῖν* Editt. *iidem dicebantur* Popma. 30 *cons. senatum* Lips. Ep. qu. 4, 27. pr. M. Popma. *consules. Ignominia* p. 24, 8. W. L. *præcando vel poscendo* L.

pag. 24. 10 *nihil ferre damnato offerent nisi* W. L. *ferre damnato offerent nisi* A. *offerrent* Goth. *ferre* Codd. Vatt. *fere — affert* cj. V. D. ap. Mai. *omnes* W. L. A. *in nomine* W. L. *homine* A. *Appollo'st* J. 1583. *numen* al.: inquit M. 1. *At pol est numen* cj. Frut. *delicis* W. L. mg. J. *delitiis* A. *Deliacis* cj. Jun. *teloniarii* L. *telonarii* A. *telonearii* W.

tur, et ex eo vectigal accipiant. M. Tul. de re publica lib. iiii: *nolo enim eundem populum imperatorem et portitorem esse terrarum. Optimum autem et in privatis familiis et in re publica vectigal duco esse parsimoniam.* Plaut. Menechmis: *portitorem domum duxi: ita mihi Necesse est eloqui, quicquid egi atque ago.* M. Tullius de officiis: *primum improbantur ii questus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut feneratorum.* Terentius Formione: *sed epistulam ab eo allatam esse audivi modo, Et ad portitorem esse delatam.* Plautus Asinaria: *ego pol istum portitorem privabo portorio.* Virgil. lib. vi: *portitor ille Caron.* Varro (p. 25.) Mysteriis: *aes defraudasse cauponem, bovam luto oblevisse, tum portitore serram duxe.*

Seditionis proprietas a Marco Tullio manifestata est in lib. de re publica vi: *eaque dissensione civium, quod seorsum eunt alii ad alios, seditio dicitur.*

Hamiotas, piscatores, ab amis Varro Bimarco voluit appellari: *cohortis cocorum atque amiotarum aucupumque.*

Valgum est proprie intortum. Novius Militibus Pometinensibus: *valgus, veternosus, genibus magnis, talis turgidis.*

Vatrax, et vatricosus, pedibus vitiosis. Lucil. lib. xxviii: *ut si progeniem antiquam, qua est Maximus Quintus vacax, qua varicosus vatax.*

Catax dicitur, quem nunc coxonem vocant. Lucilius Satyrarum ii: *hostilibus contra Pestem perniciemque, catax quam et Manlius nobis.*

Silones superciliis prominentibus dicti, significatione manifesta. Varro gnothi seauton: *nonne non unum scribunt esse grandibus superciliis, silonem, quadratum, quod Silenus hyrsutis superciliis fingeretur?*

Bronci sunt producto ore, et dentibus prominentibus. Lucilius Satyrarum lib. iii: *broncus novitlanus, dente adverso eminulo, hic est Rinoceros.*

Compernes dicuntur longis pedibus. Lucil. Satyr. lib. xvi: *Nunc censes*

20 *quod portum* cj. V. D. *sciscitarentur ut ex* A. *sciscitantur ut ex* cj. V. D. 21. lib. IIII. W. L. A. Mai. cfr. Jo. Sarisb. Polycr. 3. 12. qui habet lib. III. *dixit* W. L. *duxit* A. *duxi* ex Plauto emend. 30 *illum part.* A.

pag. 25. *coponem* L. *cauponam* cj. Cant. 6. 6. *cauponem* Turn. 17. 24. *bovam* W. L. cj. Turneb. prob. Cant. *Zonam* cj. alii. *obbam* cj. Cuia. observ. XI. 7. *cum p. s.* cj. Roth. *serram duxe* MSS. M. W. L. *circum duxe* cj. Merc. *aram duxe* marg. J. *aera indixe* Popm. *aera induxere* A. J. *terram duxe* Turn. 17. 24. *eaque dissensio* Mai. cfr. Serv. ad Virg. Aen. I. 153.

10 *vatrax tortis pedibus a ranæ vocabulo, quod Græce batrachos dicitur* MS. J. *araneae vocabulo quod Græce votrax dicitur.* W. in marg. idem glossema in marg. Victor. *maximus quintus Vatia qua varicosus* cj. M. *Verrucosus* cj. M. 1. *hostibus contra* cj. Jan. Dusa. 20 *gnotiseauton* W. græce eadem L. *novit lanus* W. L. *novit lanius* A. J. *obit l.* cj. J. Dusa. Palm. p. 156. *ovat lanius* cj. Jun. *Bronchus Bovillanus* cj. Turn. 17. 24. *Bronchu' novus lanius* cj. P. Merul. *Brocchus* vel *Broccus* ap. al. script. *hoc est* cj. Fr. Dusa. 30. Male Nonius: Salmas. ad Solin. p. 944. (1629). *XVI.* W. *XVII.* L.

καλλιπλόκαμον καλλίσφυρον illam (p. 26.) *Non licitum esse uterum aquæ etiam inguina tangere mammis? Compernem aut varam fuisse Amfitryonis acoetin Alcmenam, atque alias, lenam ipsam denique nolo Dicere: tute vide, atque disyllabon elige quodvis, Τυρὼ εὐπατέρειαν aliquam rem insignem habuisse, Verrucam, nævum, dictum, dentem eminulum unum.*

Vari dicuntur obtortis plantis. Lucilius Satyrarum lib. xvii: *compernem aut varam fuisse Amfitryonis acoetin.* Nam et varices inde dicuntur, venæ in suris inflexæ vel obtortæ. Varro Epistula ad Varronem: *nam si tuam redam non habuissem, haberem varices.*

Lingulacæ dicuntur verbosi. Varro Papiapapæ, περὶ ἐγκωμίων: *quare residit lingulacæ, obtractatores tui iam nunc murmurantes dicunt: μωμήσεταί τις μᾶλλον, ἢ μιμήσεται.*

Rabulæ, litigiosi; a rabie dicti. Varro Papiapapæ, περὶ ἐγκωμίων: *ille ales gallus, qui suscitabat aitharum Musarum scriptores, an hic, quia gregem rabularum?*

Ebullire est ecfervescere; a bullis dictum. Cicero Tusculanarum lib. iii: *qui si virtutis ebullire volent et sapientias, nihil aliud dicent, nisi eam vim, quæ fiant vestræ voluptates, quas supra dixi.*

Rapones a rapiendo dicti. Varro Papiapapæ, περὶ ἐγκωμίων: *prætor vester eripuit mihi pecuniam; de ea questum ad annum veniam ad novum magistratum, cum hic rapo umbram quoque spei devorasset.*

Strabones sunt strabi quos (p. 27.) nunc dicimus. Varro Flaxabulis, περὶ ἐπαρχιῶν: *multi enim, qui limina intrarunt integris oculis, strabones sunt facti: habet quiddam enim helquisticon pro-*

pag. 26. *uterum* W. L. M. J. Scal. Turn. 17. 24. *veterum* A. *aquæ etiam* W. L. A. *atque etiam* J. Turn. *æque etiam* Scal. conj. p. 76. *varam ivisse* cj. Salm. *acoetin* W. L. *coniugem* A. ἄκοιτιν Jun. Scal. Dusa, Turn. *lenam* MSS. M. W. L. *Ledam* Vulg. A. J. Dusa, Turn. *Helenam* cj. Scal. prob. *Melige* W. L. J. Scal. *dilige* A. *ac dis.* cj. Fr. Dusa. *quodvis PIN ΤΥΡΩ* J. *E'YPIN* Turn. 17. 24. *τὴν ΕΥΠ.* A. 10 *nevum* W. *neunum dictum* L. A. 1526. *nevum pictum* J. Scal. Dusa. prob. Bent. *rictum.* cj. Salmas. cj. Dohner in Maur. Haupt. Obs. crit. Lips. 1839. *dicta est* Lamb. *amfitronis* L. supra *amfitronis* idem. *acoetin* W. *conjugem* A. ἄκοιτιν Dusa. *redam* W. L. cfr. p. 167. 24. *ad Neronem* cj. Roth. ex Anon. Hauptii p. 99. Popma. Riccob. *habuissem, habuissem* Popma. *quare residit* Codd. *resident* A. Popma. *resides lingulacæ* cj. M. *quare fit ut ling. — dicant* cj. Turn. 17. 24. 20 *ΜΩΜ.* cfr. Turn. 17. 24. cj. Bent. cfr. Plin. 35. 9. *ΜΙΜΗΣΕΤΑΙ Plautus Cassina: lingulaca est, nam numquam tacet;* A. Expl. e Plauto om. MSS. M. W. L. Papiapapa *EPIENKΩMION* W. *papae* περὶ L. *papia pappo* al. ap. Bent. *aitharum* Codd. *Atticarum* cj. M. Popma. *qui gregem* cj. M. Popma. *ait harum* A. *est hæc fervescere a bullis dicere* L. *fervescere* A. *dictum a bullis* A. *quæ fiant* W. L. 30 *Praetor noster* A. Popma.

pag. 27. *strambi quos* W. L. MSS. M. *scambi* Al. *quos scambos* Turn. 5. 1. et eius libri antiquiores. *sunt quos strabos nunc* A. J. 1583. *flaxabulis* W. L. *flexabulis* A. pr. Turn. 17. 24. *flaxtabulis* MSS. M. (ubique).

vincialis formosula uxor. Lucilius lib. xxvii: *nulli me invidere, non strabonem fieri saepius deliciis me istorum.*

Exterminatum est præter terminos missum. Lucil. lib. xxviiii: *non rediret ad se, atque illam exterminare miseram.* M. Tul. de Offic. lib. iii: *atque hoc omne genus pestiferum atque impium ex hominum communitate exterminandum est.*

Exodium est finis; a Græco tractum, quasi ἔξω τῆς ὁδοῦ, id est, extra viam. Varro Ἑκατόμβῃ, περὶ θυσιῶν: *ΣΩΚΡΑΤΗC cum in vinculis publicis esset, et iam bibisset κώνιον in exodio vitæ.* Idem Eos pote, περὶ ὡρῶν: *vitæ cursum ut cognoscere possem, et quæ servitutis et libertatis ab origine ad exodium adductæ.* Idem Tafe menippu: *quod coeperas modo in via narra, ut ad exodium ducas.*

Putus est dictus a putando. Plautus Pseudulo: *purus putus est ipsus.* Varro Ἑκατόμβης περὶ θυσιῶν: *mea igitur hæcatombe pura ac puta.* Idem Prometheo: *Chrysosandalos locat sibi amiculam de lacte et cera Tarentina, quam apes Milesiæ coegerint, ex omnibus floribus libantes, sine osse et nervis, sine pelle, sine pilis, puram, putam, proceram, candidam, teneram, formosam.* Nam et rationes ea causa putari dictæ sunt quotiens ex his fraudis, aut falsi, aut mendacii, aut iniqui aliquid separatur. Et ipsum namque dubitantes cum dicimus, puto, significamus nos in rebus incertis et obscuris falsis opi- (p. 28.) nionibus fieri ambiguos.

Compedes non a pedibus dictæ, sed ab impedimento. Varro Prometheo lib. i: *ego infelix non queam vim propulsare, atque inimicum orco inmittere: ne quemquam sæpe æratas manus conpedes conor revellere.* Idem Flaxtabulis, περὶ ἐπαρχιῶν: *domo exeo, intro, et pedes corrigis compedio.* Idem Parmenone: *lepusculi timentes hoc quadrangulum, Dedit Diana rete nexile, archias, Viscum, fugam lineamque compedam.* Idem Sesquiulixe: *quo cum*

helquesticon W. *helquisticon* L. ἑλκιστικὸν A. *enim quiddam* ἑλκυστικὸν Turn. 10. 21. *Nam qui ad eum sunt ingressi int. o. omnes sunt strabi facti; habet enim nescio quid* ἑλκυστικὸν *form. pr. u.* Scal. Cat. p. 326. *formonsula* W. L. *præter terminos* MSS. M. W. L. mg. J. *est extra terminos* A. J. 10 *exterminare* W. L. A. *exterminaret* Editt. 15. Græca vario modo corrupta. *Socrates* om. A. *eos pote* W. L. ἕως πότε Turn. 17. 24. *exodio* W. *exodium* L. *ductæ* A. 20 *narra* W. *narrare* L. A. Popma. *pura et pota* A. *pura hac puta* L. *et puta* Popma. *vocat sibi* L. A. J. Popma. *locat* W. *et cetera rentina quam* W. *cera tarentin quam* L. *ceram tarentinam* A. J. *cera aretina* mg. J. *cera Reatina* vel *Tarentina* cj. J. *Chrys.* locum ex Hecatomba citat Turn. 17. 24; et MS. Arnaldi. *chrysen doulos locat ..cera tarentina* Turn. 17. 24. *curam putam* W. L. *teram* W. *teneram* L. 30 *orationes ea causa* W. mg. J. *rationes* L. *puto, significamus* om. A.

pag. 28. *opinionibus nos fieri* W. L. A. *ambigosos* W. *ambiguosos* L. *Prometheo lib.* 1. W.: *libro* L. *liberato* cj. M. ubique. *queo avim* cj. M. *orgo ne quemquam sæpe* L. *immittere* om. L. A. 1526. *dimittere* Popma 1483. *demittere* alii ap. Bent. *corrigis* MSS. M. W. *corrigiis* L. m. 2. A. Popma. 10 *timentes* W. L. A. 1526. Popma, Turn.

ire vellemus, obvius flare: ubi corpori aerinas compedes impositas video.

Fulgura dicuntur coruscationes, a fulgore. Varro περὶ κεραυνοῦ: *cognitio enim tonitrum fulget, et tonitrium fulguris a fulmine orta.*

Coagulum, a coagendo, quod est colligendo. Varro Est modus matulæ, περὶ μέθης: *vino nihil iucundius quisquam vivit; Hoc ægritudinem ad medendam invenerunt; Hoc hilaritatis dulce seminarium; Hoc continet coagulum convivia.*

Mulierosi dicti mulierum appetentes. Afranius Vopisco: *homo mulierosus confert me ilico alio.*

Flagriones dicti servi, quod flagris subiecti sunt; ut verberones a verberibus. Afranius Vopisco: *tu flagrionibus* Privigno: *Iucunditatis plus inest in te mihi, Quam commercatis consequite edulibus.*

Merenda dicitur cibus, post meridiem qui datur. Afranius Fratris: *interim merendam occurro; ad* (p. 29.) *cœnam cum veni, iuvat.*

Pedetemptim et pedepressim dictum est caute, quasi lenta et tarda itione. M. Tul. de Offic. lib. i: *sin minus, sensim erit pedetemptimque faciendum.* Lucilius lib. xxvii: *ille contra omnia: inter plures, sensim et pedetemtim foris, Ne quem lædat.* Quadrigarius Annalibus: *exercitu instructo pedetemtim milites ducere coepit.* Cælius: *a navi ipse cum cætera copia pedetemtim sequitur.*

Calces a calcando, quod est nitendo, dictæ sunt, non a calcitrando. Nam et de omnibus pedibus et de hominum

cf. Scal. 79. Turn. 29. 17. cf. p. 431. 25. *timentis — arcyas — fugelæ* Scal. conj. p. 40. Cat. p. 218. *archias* W. L. A. *ἄρκυας* J. *fugam* MSS. M. W. L. A. *fugai* cj. M. *fugamque, lineamque compedem* Turn. 29. 17. *dedunt sese in rete:* Perott. *fugelæ* cj. Al. *fugelam* alii. *sagenam* cj. Al. J. 1583. Popma. *linteamque* A. *compedem* J. *sesq: ulixes* W. *sesqulisse* A. cfr. Turneb. 17. 24. *sesq: ire vellemus* L. *ulysse: Quo cum* omissis. — *ire vellem is* mg. J. *aerinas* pro *ærinas* M. 1. *Fulgora* L. *a fulgure* A. *enim trium fulget* MSS. M. W. L. *enim tonitrum* A. J. *trium fulgetræ tonitrui fulguris* cj. M. *enim trium, fulgetri, tonitrui et fulguris a* — cj. Salm. ad Sol. p. 1153. (1629). *enim fulgetruo, tonitrui, fulguris* Turn. 29. 17. *cognito e tonitru fulget et post tonitrum fulgura a* cj. Popma. 20 *vinon* W. L. *cui nihil* A. J. *cui non* mg. J. *vino* cj. Jun. Turn. 29. 17. *Oino* Gif. *vivit* W. L. A. *Vino n. quidquam inc. cluit* Scal. Cat. p. 226. *quidquam cluit* Muret. 4. 8. *medendum* cj. M. 1. Scal. Popma. *alio confert me ilico* Bothe, Neuk. *dicti sunt servi* A. *deest nota de Edulibus* M. Lacunam statuit J. 30 *plus est* W. 1476. 1483. 1511. pro *in te* 1476. 1483. 1511. *vitæ — consequite* MSS. M. W. 1476. 1483. 1511. *consequi te* cj. M. *conquisite* L. cj. Steph. M. Neuk. *qui post meridiem* A. *qui datur post meridiem* Neuk. *fratris* W. L. A. 1476. 1483. 1511. *inter mer.* Bothe impr. Neuk.

pag. 29. *ad cœnam* om. L. *accurro lauto quod Venus iuvet* cj. Lips. *veni lubet* Gif. *occurro caute cum veni* A. J. 1526. *pedetentim* A. *Idem Verrinis actione secunda: quæ tamen a me pedetentim cauteque dicentur* A. hunc locum om. MSS. M. W. L. *ire contra* cj. J Dusa. 10 *Cælius* L. M. *Cæcilius* W. A. *a navi* MSS. M. W. L. *annalibus* vulg. A. *annal.* 1. cj. M. *Cælius*

et universorum animantium dici potest. Nam sunt calces extrema pars pedum terræ proxima. Virgil. lib. v: *ecce volans calcemque terit iam calce Diores.* Idem x. libro: *tollit se arrectum quadrupes, et calcibus auras Verberat.*

SUBLIGACLUM est, quo pudendæ partes corporis teguntur; dictum quod subtus ligetur. M. Tul. de Officiis lib. i: *scœnicorum quidem mos tantam habet vetere disciplina verecundiam, ut in scenam sine subligaclo prodeat nemo.*

MEDIOCRITAS, medium dici voluit M. Tul. de Officiis lib. i: *eadem ratio est habenda vestitus, in quo, sicut in plerisque rebus, mediocritas optima est.* Lucil. lib. xxvii: *paulo hoc melius, quam mediocre: hoc minus malum, quam ut opes summum.* Terentius Andria: *et tamen omnia hæc mediocriter.* Cic. Tusculanarum lib. iii: *at hæ mihi afferentur mediocritates; quæ si naturales sunt, quid opus est consolatione?*

(p. 30.) MODESTIAM a modo dictam M. Tul. auctor est, de Officiis lib. i: *non hanc, quam interpretamur modestiam, quo in verbo modus inest.*

ANTES sunt quadraturæ; unde et antæ dictæ sunt quadræ columnæ. Virg. Georgicorum lib. ii: *iam canit effetos extremus vinitor antes.*

CAMERUM, obtortum; unde et cameræ, tecta in curvitatem formata. Virg. Georgicorum lib. iii: *et cameris hirtæ sub cornibus aures.*

IMMUNE dicitur sine officio, sine munere. Virg. Georg. lib. iiii: *inmunisque sedens aliena ad pabula fucus.* M. Tullius Philippicarum lib. i: *num inmunitates datæ?*

DIRUM est triste, infestum, et quasi deorum ira missum. Virg. Georg. lib. iii: *prius quam Dira per incautum serpant contagia vulgus.* Et Æn. lib. iiii: *ultricesque sedent in limine diræ.* M. Tul. de Senectute: *intellegi potest ex his fratribus, qui in Adelfis sunt: quanta in altero diritas, in altero comitas!*

EXORDIUM est initium; unde et vestis ordiri dicitur, cum instituitur detexenda. Virg. Æn. lib. iiii: *quonam reginam ambire furentem Audeat affatu? quæ prima exordia sumat?* M. Tul. in Hortensio: *perge quæso; nec enim imperite exorsus es.* Lucilius lib. xxviiii: *virum tristis contorto aliquo ex Pacuviano ex-*

ana. VI. ipse Speng. *volans* W. L. A. *idem sexto* W. L. *idem li. VI. tollit* A. *X.* vulg. 20 *subligaculum* A. MS. Guelf. chart. *schœnisorum* W. *schenam* W. *ut scenam* L. *in scena* MS. Guelf. chart. *eadem portio est* W. L. *vestitus* Cic. pr. M. mg. J. alii ap. Bent. *ut opessummum* W. L. mg. J. *ut quam* A. J. 1526. 1585. Dusa. *quam quod pessimum* Perott. *quam ut pessimum* cj. Jun. cod. Arnaldi, M. 30 *sed tamen* W. *set* L.

pag. 30. *Nam hanc* L. A. *interprætamur* L. *in vero* W. L. *verbo* Vulg. *et ante* W. *effectos* W. L. *effoctos* A. 1526. *cameram* MSS. Jun. *camerum* Turn. 29. 17. *camurum* O. Müller ad Fest. p. 44. lemma *immune* ante *camerum* positum in A. 10 *hyrte* W. *hirtæ* L. *deorum immissum* W. MSS. M. L. *deorum ira inmissum* W. in mg. *ira inmissum* A. *ira* seu *vi missum* cj. M. 20 *duritas* Vulg. Cic. *virum tristis* W. L. A. *verum* M. *utrum tr.* Dusa. *tristi* cj. J Dusa. *timeo dicit facillimum* W. L. m. 2. A. J. *dit ficillimum* L. m. 1.

ordio. Cicero Timæo: *difficillimum autem est in omni conquisitione rationis exordium.* Varro Onos lyras: *qui fabularum collocant exordia.*

Inops dicitur sine ope et auxilio. Virgil. lib. viii: *res inopis Euandrus* (p. 31.) *habebat.* Et Georgicorum lib. i: *atque inopi metuens formica senectae.* Terentius Adelfis: *ferte misero atque innocenti auxilium, Subvenite inopi.* M. Tul. de Officiis lib. ii: *nimirum enim inops ille, etsi bonus est vir, etiam si referre gratiam non potest, habere certe potest.*

Defrudare significat fructum minuere, vel per fraudem aliquid exquirere. Terent. Formione: *suum defrudans genium, compersit miser.* Plautus Asinaria: *ten' ego defrudem, cui ipsi nihil est in manu? Nisi quid tu porro uxorem defrudaveris.*

Sudum dictum est quasi semiudum, ut est aer post pluvias serenus et liquidus. Virg. lib. viii: *arma inter nubes cœli regione serena Per sudum rutilare vident.* Plautus Milite: *cum Solis radii olim, cum sudum est, solent.* Et Lucilius lib. xxviiii: *nec ventorum flamina flando suda secundent.*

Inritare dictum est proprie provocare; tractum a canibus, qui, cum provocantur, inriunt. Lucilius Satyr. lib. i: *inritata cane, quam homo, quam planius dicit.* Terentius Formione: *inrito.* Virg. lib. x: *inritatque virum telis, et voce lacessit.* Sallustius Hist. lib. i: *tunc vero et posci cum ceteri eiusdem causæ ducem se nactus rati, maximo gaudio bellum inritare.* Lucilius lib. xxviii: *Lucili si in amore inritarit suo.* Plautus Amfitryone: *inritabis crabrones.* Varro Sesquiulixes: *omnes inritans ventos omnesque procellas.*

Ablegare est proprie alio mittere; dictum a legatis, qui cum lega- (p. 32.) tionibus mittuntur. Terentius Hecyra: *aliquo mihi Est ablegandus, dum parit Filumena.*

Arcanum dicitur secretum, vel absconditum; quod quæ in arcis sunt, cælata sunt et abscondita. Virg. Æn. lib. iv: *solam nam perfidus ille Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus.*

correxit Leopard. 18. 15. Scalig. 100. 30 *Exordia ut comici* p. 176. 19. Scal. coni. p. 56. 72.

pag. 31. *subveniente inopi* L. *ille si* M. 10. cfr. p. 525. 5. 117. 29. *defraudans in genium confersit* L. *conspersit* W. *compersit* Editt. *Asinaria Ten' ego* om. L. *de fraude* W. L. *defrudem* Editt. *defraudaveris* W. *defrudaveris* L. *semiudum* W. L. A. prob. O Müller ad Festum p. 295. *semidium* M. *cum solis* W. L. A. 1526. *radio* A. 1526. *quam solis radii esse olim — solent* cj. Bentin. e Plauto. 20 *inritare* L. m. 1. cfr. Turn. 29. 17. *irriunt* W. mg. J. *irruunt* A. J. *irritata cane* W. A. J. *inr.* L. *quam* MSS. et Edd. prob. Reuvens coll. litt. p. 168. cfr. Donat. ad Adelph. II. 4. 18. Charis. p. 100 P. *irritata canis quod homo quam plurima dictat* Donat. *irritata canes, quam — dicit?* Reuvens. *irritata canes* Charis. pr. M. 1. *irritata canes quod, homo quam, planiu' dicit* Scal. conj. p. 71. prob. Dusa. *irritata canis quam homo quam pl. d.* Turn. 29. 17. *tum vero* Al. *Etrusci cum ceteris — se nactos* cj. Merc. *causa et ducem* Al. *nactus* W. MSS. M. L. *ducem senatus rati* Al. A. *Lucilius si* Dusa. 30 *procellas ipsum audivi* (Cyclopem) Popma; ea verba male avulsa sunt a fragm. p. 321. 29.

Et Æn. lib. i: *longius et volvens fatorum arcana movebo.*

Tormines, genus morbi, dicti, quod dolore torqueant. Cic. Tusculanarum lib. ii: *quamvis idem forticulum se in torminibus et in stranguria sua præbeat.* Et quarto: *itaque dicimus gravidinosos, quosdam torminosos.*

Monumenti proprietatem a monendo, M. Tul. exprimendam putavit, ad Cæsarem epistula ii: *sed ego quæ monumenti ratio sit, nomine ipso admoneor: ad memoriam magis spectare debet posteritatis, quam ad præsentis temporis gratiam.* Virgil. lib. v: *quem candida Dido Esse sui dederat monumentum et pignus amoris.*

Rivales dicti sunt, quasi in unum amorem derivantes. Terentius in Eunucho: *miles Thraso Fædriæ rivalis.*

Gestire significat lætum esse; dictum a gesticulis facilioribus. Terentius Eunucho: *Cherea, quid est, quod sic gestis? aut quid hic sibi vestitus quærit?* Virgil. Georgicorum lib. i: *et studio incassum videas gestire lavandi.*

Involare est inruere, insilire; aut a volatu, aut a vola, id est, media manu dictum. Terentius Eunucho: *ut ego unguibus facile illi in oculos involem!* (p. 33.) Lucilius lib. xxx: *inde canino rito oculisque involem.*

Propinare a Græco tractum est, post potum tradere. Terentius Eunucho: *hunc vobis comedendum et bibendum et deridendum propino.* Ennius Satyrarum lib. iii: *Enni poeta salve, qui mortalibus Versus propinas flammeos medullitus.*

Pedetemtim dicitur caute. Cic. in Verrem act. i: *quæ tamen a me pedetemtim cauteque dicentur.*

Insulsum proprie fatuum, quasi sine sale. M. Tullius ad Cæsarem iuniorem epistola secunda: *sed ita locutus insulse est, ut mirum senatus convicium exceperit.* Et de Oratore lib. ii: *ut nihil aliud eorum, quam ipsa insulsitas, rideatur.*

Ignavum et Segne, torpidum, feriatum, et sine igni. Virgil. Georgicorum lib. iv: *ignavum, fucos, pecus a præsepibus arcent.* Et Georgicorum lib. iv: *en age, segnis Rumpe moras.* M. Tullius ad Cæsarem iuniorem ii libro: *in quo tua me provocavit oratio, mea consecuta est segnis.* Et de Senectute: *quæ vitia sunt non senectutis, sed incertæ, ignavæ, somniculosæ senectutis.*

Calamitosum dicitur malis et calamitatibus prægravatum. M. Tullius in Verrinarum divinatione: *et honoris amplissimi puto esse, et accusare inprobos et miseros calamitososque defendere.*

pag. 32. *est hinc abl.* A. *factorum* W. *fatorum* L. 20 *esse viderat mon.* L. *cherea* W. *cerea* L.

pag. 33. *rito* W. L. *ritu* A. 1583. Dusa. *Endo e. rictu* cj. Gifan. *ocul' osque inv.* Lips. *Enni oeta selve* W. L. cfr. p. 139. 14. *en vocas elve* A. *Enni poeta salve* cj. Bent. ex 129. 14. cfr. Jun. animad.

6. 2. 10 *Cicero in Verrinis actione II.* W. L. *Cic. in Verrem Act. 1.* M. *pedetemtim* W. L. *pedemtim* M. *insultum* W. *insulsus est proprie fatuus* MS. Fabri. 20 *provocabit* W. L. A. *sed certæ ignaviæ* A. *certe ignaviæ* J. *inertis* Cic. *calamitas quod calamos atterat* W. mg. 30 *Mar. Afranius* A. *tristem sævum* cj.

Serium, triste et quasi sine risu. M. Afranius Privigno: *non ego te novi tristem, servum, serium?* Plautus Amfitryone: *nunc quidem præter nos nemo* (p. 34.) *est: dic mihi verum serio.*

Interpolare est inmittere et interponere et novam formam e vetere fingere. M. Tullius in Verrem actione ii: *aliquid demendo, mutando, interpolando.* Et est tractum ab arte fullonia, qui poliendo diligenter vetera quæque quasi in novam speciem mutant. Plautus Amfitryone: *illuc homo me interpolabit meumque os finget denuo.*

Everriculum genus est retis piscatorium a verrendo dictum, vel quod trahatur, vel quod, si quid fuerit piscium natum, everrat ad hoc. M. Tullius Verrinarum lib. v. de signis: *quod umquam, iudices, huiuscemodi everriculum ulla in provincia fuit?*

Divaricari dictum est distendi: dictum ab his, qui vitio naturæ ita sunt pedibus discretis, ut eos in diversum habeant separatos. M. Tullius de signis: *Sopatrum, hominem summum, domi nobilem, summo magistratu præditum, divaricari ac deligari iubet.*

Vaccillare est trepidare, vel cum lassitudine niti; a senibus, qui sint ævo defessi, atque sustinendam lassitudinem baculo tarditatem levent. M. Tullius Philipp. lib. iii: *in Galliam mutilatum ducit exercitum; cum una legione, et ea vaccillante.*

Præstringere dictum est non valde stringere et claudere. Plautus in Milite glorioso: *præstringat oculorum aciem in acie hostibus.* Lucilius lib. xxx: *præstringat oculorum aciem in acie hostibus splendore micanti.* M. Tullius de Senectute: *voluptas rationi inimica est, mentis, ut ita dicam, præ-* (p. 35.) *stringit oculos, nec habet ullum cum virtute commercium.* Varro Andabatis: *non mirum, si cæcutis: aurum enim non minus præstringit oculos, quam ὁ πολὺς ἄκρατος.* Cicero de Fato et de Finibus bonorum et malorum lib. iv: *aciem animorum nostrorum virtutis splendore præstringitis.*

Angina, genus morbi; eo quod angat, et Græce synanca appellatur. Lucilius lib. xxx: *insperato abit, quem una anguina sustulit hora.*

Arquatus morbus dictus, qui regius

Stewech. *tristem torvum* cj. Guil. 3. 8. *tristem, acerbum* Io. Val. Francke. *tristem, severum* Bongars. Oudend. ad Appulei. Fr. Dusa ad Lucil. 28. 22.

pag. 34. *inmittere* L. *intermittere* W. in marg. A. 10 *piscatorii* A. *nactum* M. 20 *summum domi nobilem* om. L. A. *delicari* L. *vaccillare* L. *est* om. W. habet L. *atque sust.* W. L. MSS. M. *adque* M. *atque ad sust.* Al. A. *vaccillante* W. L. *est non valde* W. L. etiam in mg. J. *perstringere* A. 1526. *præstinquere* (error Nonii ut 21. 14; et 373. 31.) cj. M. 30 *in* om. A. *præstinguatque* cj. Lambin. *perstringunt* A. *præstringant:* v. c. Dusæ.

pag. 35. *est mentis* W. L. A. *est et mentis* cj. Gerlach. *perstringit* A. *præstringat* L. *nec habet* W. L. A. *cæcuttis* W. *cæcutis; minus aurum enim non pr. o. q.* τὸ σοῦ κράνος Popma, Lips. Saturn. 2. *nec mirum* Turn. *minus* om. A. ὁ πολὺς ἄκρ. MSS. M. W. L. Turneb. 29. 17. 10 *synantea* L. *abit* W. L. *agit* A. *abiit*

dicitur, quod arcus sit concolor de virore, vel quod ita stringat corpora, ut in arcum ducat. Quod *Nos esse arquatos? surgamus, eamus, agamus.* Varro Eumenidibus: *nam ut arquatis, et lutea quæ non sunt et quæ sunt, lutea videntur: sic insanis sani et furiosi videntur esse insani.*

Privum est proprium unius cuiusque, unde et res privata. Lucilius lib. xxx: *culcitulæ accedunt privæ centonibus binis.* Idem: *abdomina tunni Priva dabo.*

Nugator nugis turbator. Lucilius lib. xxx: *quam me hoc tempore nugator cognoscere non vis.*

Foramina quasi diminutive a foribus dicta. Cicero Tusculanarum lib. i: *nam nunc quidem quanquam foramina illa, quæ patent ad animos a corpore, callidissimo artificio natura fabricatur.*

Discerniculum, acus, quæ capillos mulierum ante frontem dividit; dicta a discernendo. Lucilius lib. xxx: *euplocamo digitis discerniculumque capillo.*

Fratrum proprietatem Nigidius acutissime dixit. *Frater est,* inquit, (p. 36.) *dictus quasi fere alter.*

Subplantare dictum est, pedem subponere. Lucilius xxviiii: *subplantare aiunt Græci.* M. Tullius de Officiis lib. iii: *contendere debet, quam maxume possit, ut vincat; subplantare eum, quicum certet, aut manu pellere nullo modo debet.*

Coniungere, copulare; dictum est a iugo. Lucilius lib. xxix: *quam mihi, quantum est inter humanum genus Rerumque, inter se coniungat, communicat.*

Fenestræ, a Græco vocabulo conversum est in Latinum, apo tu feninio. Cicero Tusculanarum lib. i: *non eas partis, quae quasi fenestræ sunt animi.*

Emungi ex manifesta significatione manat. Lucilius lib. xxix: *in me illis spem esse omnem, quovis posse me emungi bolo.* Terentius: *emunxi argento senem.*

Adglomerare, implicare, coniungere; dictum a glomere. Virgil. Æn. lib. ii · *et lateri adglomerant nostro.*

M. *anguina* W. *angina* vulg. *abiit,* (*obiit*) *abstulit*: Dusa. cf. Seneca Epp. 101. *ducat. Lucilius: quod nos* cj. Bentin. e p. 549. 21. *quod nos* W. MSS. M. A. L. *Lucilius: nos* cj. Dusa. *Eudæmonibus* A. *et uterque non* W. L. *sunt, quæ sunt lutea* L. *arquatis et veternosis quæ sunt — lutea vid. —* A. *— lutea non sunt æque ut lutea vid.* 1583. Bentin. 1526. Pop. *arquatis et quæ non* Turn. 29. 17. *et lutea quæ non* cj. Cuiac. *veternosis* om. M. prob. O. Müller ad F. p. 369, totus locus emendatus est ex p. 549. 21. *sic insani* A. *et furiosis* Turn. Popma. 20 *culcituæ* L. A. *accedant binæ c. privis* Guliel. 2. 1. *tunno* W. *tunni* L. cf. p. 159. 25. et Gell. X. 20. qui hæc ex I. libro laudat. *nugistubator* MSS. M. W. *nugis turbator* L. A. *a nugis, turbator* cj. M. *Lucil. lib. xxx.* om. L. *ad animum* mg. J. *fabricata est* L. A. 30 *diligitis* W. *digitos* cj. Scal. *digitus* cj. J Dusa. *Fratrum* cfr. Gell. 13. 10.

pag. 36. *inquid* L. *subp.* quater L. *ὑποσκελίζειν dicunt* om. MSS. M. W. L. hab. A. Dusa. *maxume* W. *certe* W. L. 10 *quam mihi* W. L. A. *rerumque* W. L. MSS. M. *ferumque* cj. M. *rerum quod i.* Dusa. *coniugat* 1526. *coniungat communicetque*: al. ap. Bent. *a potu feninio* W. L. *ἀπὸ τοῦ φαίνειν* Vulg. *parteis* A. *non aes partis* L. *in mellis spem* W. L. A. J. Dusa. *in me*

Collare est vinculi genus, quo collum adstringitur. Lucilius lib. xxix: *cum manicis, catulo collareque ut fugitivum Deportem.*

Depilati dictum rarefacti. Lucilius lib. xxix: *nato quid actum est? depilati omnes sumus.*

Excuriari, curia excludi. Varro Hipposyne: *Appollonium ideo excuriant, quia nihil habebat.*

Pensum significat exæquatum; quod sine inclinatione sunt, quæ penduntur. Lucilius lib. xxviii: *nihil parvi ac pensi, uti littera doceas, lutum.*

(p. 37.) Aqua intercus, hydropum morbus, quasi aquam inter cutem. Lucilius lib. xxviii: *aquam te in animo habere intercutem.* M. Tullius de Officiis lib. iii: *si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem.*

Maltas veteres molles appellari voluerunt; a Græco, quasi malacus. Lucilius lib. xxvii: *insanum vocant, quem maltam ac feminam dici videt.*

Monogrammi dicti sunt homines macie pertenues ac decolores; tractum a pictura, quæ prius quam coloribus corporatur, umbra fingitur. Lucilius lib. ii: *vix vivo homini, ac monogrammo.* Et xxvii: *quæ pietas? monogrammi quinque adducti pietatem vocant.*

Portorium dicitur merces, quæ portitoribus datur. Lucilius lib. xxvii: *facit idem, quod illi, qui inscriptum e portu exportant clanculum, Ne portorium dent.*

Impertire est participare et partem dare. Lucilius lib. xxvii: *quibus potest inpertit.* Novius Decuma: *si ignotis inpertibus flent facilius.* M. Tullius de re publica lib. v: *quod molestis senectutis suæ vestris familias impertire posset.* Et ad Hirtium lib. v: *et quoniam, ut hoc tempus est, nihil habeo, patriæ quod impertiam.*

Sedulum significat sine dolo. Lucilius lib. xxvii: *salutem fictis versibus Lucilius, Quibus potest impertit, totum-*

illis 1583. cj. Lud. Carrio 1. 13. Frut. *possem emungi* W. L. A. J. 1583. Dusa. *volo ter emunxi* W. L. *volo Teren. Phor. Emunxi* A. cfr. p. 103. 22. *posse me em. bolo* cj. Carrio, cj. Frut. 20 *Virg. in aen.* W. L. *aglomerant* W. *aggl.* A. *adgl.* L. *collareq.* Codd. *collarique* Dusa, Turn. 29. 17. *catulum collareque ut fugitivus deportem* MS. Fabri. cfr. Cuiac. Observ. XI. 22. et Plaut. Capt. *nato* Codd. *Gnatho* cj. Merc. *narro quod* cj. Palm. p. 137. cfr. p. 272. 12; 417. 33. *hippOCYNe* W. L. *hippocyone* A. *Hipposyne* Turn. 29, 17. *ἱπποκύων* cj. M. cfr. Gell. 3. 18. 30 *nil — utiliter edoceas l.* Turn. (hom. lutulentum) 29. 17.

pag. 37. *quasi aquam* W. L. *aqua* vulg. *aquam te* L. A. Dusa. *te* om. W. M. rell. 5. cfr. p. 343. 13. *malthas* al. ap. Bent. *malacus* W. L *μαλακούς* A. 1526. *μαλθακούς* al. ap. Bent. *maltam ac* W. 10 *vident* Dusa 11. cfr. Turn. 18, 9. 29. 17. *vix vino* W. *homine* Dusa. *et vicesimo VII.* W. L. *piet. invocant* v. c. Dusæ. *quæ portoribus* A. 1526. *ex portu* A. Turn. 10. 6. 29. 17. 20 *portitorium* L. *quibus potest* cfr. 37. 28; 308. 24. *inpertibus flent* W. L. MSS. M. *impertibis, flebis* cj. M. *impertit flebit* cj. M. 1. *impertit flevit* A. J. *in partibus flent* mg. J. *eluit facilius* cj. Palm. p. 146. *molestias — familiis* Mai. *molestiis* A. J. *familiis* al. ap. Bent. *hyrcium* W. *hircium* L. A. *ut ac tempus* W. L. *Sedulo sign.* A. *populum salute et* mg.

que hoc studiose et sedulo. M. Tullius de Finibus bonorum et malorum: *sedulo, inquam, faciam; sed fortuna fortis: quare conare, quæso.*

Scripturarios veteres, quos nunc (p. 38.) tabularios dicimus, dici volunt; quod scripturis et commentariis omnia vel urbium vel provinciarum complecterentur. Lucilius lib. xxvi: *publicanus vero ut Asiæ fiam, ut scripturarius.*

Versipelles dicti sunt quolibet genere se commutantes. Lucilius lib. xxvi: *ad libertinus Tricorius Sirus ipse ad masticias, Quicum versipellis fio et quicum conmuto omnia.* Plautus Amfitryone: *versipellem se facit, quando lubet.*

Conviviones conpotores a bibendo dicti. Lucilius lib. xxvi: *quando quidem repperi magnis convivorum ex copiis.*

Capital dictum est capitis periculum. Plautus Menechmis: *numquam hercle effugiet, tametsi capital fecerit.* Lucilius lib. xxvi: *facile deridemur; scimus capital esse irascier.*

Clandestino est abscondite. Lucilius lib. xxvi: *at enim dicis, clandestino tibi quod commissum foret, Neu mittere quiquam, neu mysteria ecferres foras.*

Idiotas a Græco tractum, inutiles, quasi sibi tantum, non plurimis utiles. Lucilius lib. xxvi: *quidni et tu idem inlitteratum me atque idiotam diceres?*

Constat, valet, consistit. Lucilius lib. XXVI: *trado ergo alias nummo, porro quod mihi constat carius.* Cicero Tusculanarum lib. I: *animus, qui si est quattuor horum generum, unde omnia constare dicuntur.* Constitit dicitur stetit. Virg. Aen. lib. IIII: *hic primum paribus nitens Cyllenius alis Constitit.* Constitit, erectus est. Plautus in Amfitryone: *fremitu virum, et spiritu atque anhelitu Nebula constat.* Virg. lib. V: *constitit in digitos.* Cicero Tusculanarum lib. I: *ubi rigida constat crassa caligo inferum.* Constat, compositum est. Lucilius lib. XXVI: *principio fisici omnes constare hominem ex anima et* (p. 273.) *corpore dicunt.* Sisenna Historiarum lib. IIII: *multitudinem procul hostium constare viderunt.* Constat, convenit, manifestum est. M. Tullius ad Caesarem

al. ap. Dusa. mgJ. *insidiacque locari* cjFr Dusa. *locavi. Calidum* 263, 17. A. *caedere* post 270, 25. A. *XXVII.* G. L. A. Dusa. est in Plauti Merc. II. 3, 63. cf. p. 420, (pag. 272.) 9. *varrat* W. *ceduntur viles* B. *mox unum credit .. Ulixem, cum b.* cjHerm. Elem. p. 347. *baccham* L. *baccas* Popma. *Aiax tum credit* cjMerc. *Aiax dum* cjGuil. 3, 15. Faber. *cum bacchans silvam* Edd. pr Gerlach. *Aulularia* cfr. p. 274, 15. *vina* cf. p. 380, 26. *caedem hostium* cjMerc. Palm. p. 162. *gnave urge* cjFrDusa. Palm. p. 162. *Gnatho urge, restant periimus* cjMerc. *lib. XXVIII ..gnate urge; restant, periimus* Jun. e Cod. ad p. 417, 32. Dusa. *caedere consumere* A. Vulg. *lanae* B. *lanac ..squallor, tineac* Scal. conj. p. 75. *pallor tineae* Scal. Cat. p. 476. probMerc. cfr. 462, 25. Guil. *hastam. Quassum est conlisum et non integrum Virg. L. VI. et lampada quassans per graium populos. Constat* B. *tr. ego* cj FrDusa. *alias minimo* A. Dusa. *constitit.. inferum* post 273, 9. A. *inferum. Colligere* 273, 19. A. *omnes homines ex ..*(pag. 273.)

iuniorem lib. II: *cum constat, Caesarem Lupercis id vectigal dedisse: qui autem poterat id constare?* Et Tusculanarum lib. I: *sive quod a gravioribus leviora natura repellantur. quae cum constet.*

Constituere est proponere, definire. Virg. Aen. lib. I: *hominesne, feraene, Quaerere constituit.* Constituere, instituere. M. Tullius de Senectute: *constitiones modo delectant, sed etiam institutiones.* Constituere, parare. M. Tullius in Verrem actione II: *quod ubi erat Filodamo nuntiatum, tametsi erat ignarus, quantum sibi ac liberis suis iam tum mali constitueretur.* Constituere, erigere. Virg. lib. VI: *et feralis ante cupressos Constituunt.*

Colligere, in unum redigere. Virg. Aen. lib. VI: *colligere arma iubet validisque incumbere remis.* M. Tullius in Filippicis lib. VI: *succurrendum est De Bruto, omnes undique coepere colligere.* Colligere, reficere. Cicero in Verrem actione III: *sed manifesto furto perturbatus, ubi se collegit.* Colligere, celare, supprimere. Virg. lib. XII: *substitit Aeneas et se collegit in arma, Poplite subsidens.* Colligere, auferre. Lucilius lib. XXX: *ruis hoc, et colligis omnia furtim.* Plautus in Aulularia: *quin ipse pridem tonsor unguis dempserat; Collegit, omnia abstulit praesegmina.*

Continens est abstinens, integer. M. Tullius ad M. Catonem: *ut, quae copiis et opibus ferre vix possumus, ea mansuetudine et continentia nostra, sociorum fidelitate teneamur.* Continens, (p. 274.) coniunctum, continuum. M. Tullius in Epistola ad Senatum: *itaque cum exercitu per Cappadociae partem eam, quae cum Cilicia continens est, iter faci.* Et in Hortensio: *ne in continentibus quidem terris vestrum nomen dilatari potest.*

Curatum est natum. Curatum, post laborem refectum. Virg.: *corpora curamus, fessos sopor irrigat artus.* Curatum, cum delectu apparatum. Lucilius lib. XXX: *et circumvolitant ficetulae, turdi, curatis soci.*

Conducere, emere. Plautus in Aularia: *cedendum conduxi ego illum.* Conducere est, sicuti usu. Lucilius lib. XXVIIII: *magno non magna mercede, magno quod conduxeris.* M. Tullius de Officiis lib. II: *ut saepe in nostra re publica videmus, mercede conducti.* Con-

constare dicunt A. Dusa. J. *Caes. iun.* cfr. Victor. Var. Lect. 14, 1. *cum consiet* G. L. B. A. *qui ante* A. Or. *cum constent* G. L. Klotz. *quae constent* A. cfr. p. 258, 16. *constituere* post 261, 33. A. *const. est ponere* B. *consitiones . . insitiones* Cic. Klotz. *quod ubi est Ph.* Kl. *a liberis* A. *constituunt. Contendere* 258, 18. A. *copiae colligendae* Edd. *D. Bruto* cjMerc. mgJ. Or. *clamore et furto manifesto grandis pecuniae perturbatus est. Ubi se coll.* Or. *ruis haec et* A. Dusa. cf. p. 380, 7. *Ruiss et hoc colligis* b. *plautur omnia in aulularia* W. cf. p. 151, 32. *catonem cationem ut quae* W. *tenere vix* mgJ. Or. *tuneamur* Mss. Merc. W. (pag. 274.) *teneamur* G. L. *teneamus* Cic. Or. mgJ. prob Merc. *exercitum* W. L. *faceret. Idem in* A. *ne* om. A. *est sanatum* cjMerc. *aestimatum* cjJ. *ficedulae* 483. A. Dusa. *tardi* A. *coci* L. G. A. J. 583. *curati se* (i. e. *sine*) *cocis* cjPalm. p. 164. *curatus coci* Dusa. *turdis curatis coci* b. *curatu coci* cjJDusa. *sociis* cjJ. *curati focis* cjGerlach. *caedendum* Edd. cf. 272, 6. *magno et non* Dusa. *magno quidem*

ducere, colligere, convocare. Varro Manio: *Manius mane suscitat, rostrum sum rostra adfert, populum in forum conducit.* Conducere, convertere. Lucilius lib. XXX: *et virtute tua, et claris conducere chartis.* Conducere, utile esse: *solus vero soli quid re et quaesti conducat suo.* M. Tullius de Officiis lib. III: *stulte, lib. i. R. P. conducebat? potest autem quod rei publicae inutile sit, id cuiquam ibi utile esse.* Idem de Repub. lib. I: *facillimam autem in ea re publica esse posse concordiam, in qua idem conducat omnibus.* Sisenna Historiarum lib. IIII: *quid rem publicam suam maxume conducere videretur.*

CONCELEBRARE dicitur commovere. Lucretius lib. I: *quae mare navigerum, quae terras frugiferentes Concelebras.* Concelebrare, diuamare, dictum a ce- (p. 275.) lebritate. Lucilius lib. XXX: *multis indu locis sermonibus concelebrarunt.*

CREDERE est fidem habere dictis vel factis. Lucilius lib. XXVII: *Hymnis, velim te id, quod verum est, credere.* Virg. Aen. lib. II: *hora, dei iussu non numquam credita Teucris.* Credere, fidei committere. Lucilius lib. XXVIII: *vitam ac fortunas cui concrediderim meas.* Credere est servandum commendare. Plautus in Aulularia: *ubi is obit mortem, quid mihi in aurum credidit.*

COMMODARE est mutuari. Lucilius lib. XXVII: *certa sunt sine detrimento, quae inter sese commodent.* M. Tullius de Officiis lib. II: *atque ut dando et accipiendo mutuandisque facultatibus et commodandis nulla re egeremus.* Commodare, cum commodo dare. M. Tullius ad filium lib. II: *cui ego, quibuscumque rebus potero, libentissime commodabo.*

CAPTARE, capere. Lucilius lib. XXVII: *quod si paulisper captare atque observare haec volueris.*

COGNOSCERE est audire, aestimare. Lucilius lib. XXVI: *rem cognoscat, simul et dictis animum adtendas postulo.* Pomponius Pansa pappi: *pol emagis curabo ubi cognorint, omnes una assentiant.* Terentius in Andria: *eo pacto et gnati vitam et consilium meum Cognoscis.* Virg. Georgicon lib. I: *ni refugis tenuisque piget cognoscere curas.* Cognoscere, nosse vel praespicere. Virg. lib. VIIII: *venatu assiduo et totum cogno-*

A. Dusa. J. *suscitat rostrum, sub rostra adfert* Turn. 29, 20. *rostrum rostra adfert* b. *rostrum suum* cjMerc. *suscitat nos tum in rostra* A. Popma. *conducere, convenire. Lucilius* G. *etiamne, si Reip.* Edd. *cuiquam ubi utile* G. *id cuique utile* A. *cuiquam civi* Edd. *posse* W. L. G. om. palimps. et Mai. *diffamare* vel *divulgare* cjLips. Ep. qu. I. 18. *diffamare* Gronov. Obs. p. 437. Schopp. (pag. 275.) de arte crit. p. 39. *inde loci* cj Gifan. p. 350. Schopp. *endo locis* cjLips. ep. q. 1. 18. probGronov. observ. p. 437. *indu locis* Cuiac. Obs. XI. 19. al. ap. Dusam. Turn. 29, 20. *inde locis* mgJ. *inductis sermonib.* 483. Dusa. A. J. *xxvi: hymnis* W. *hymnis* om. B. *cui cum cred.* A. *qui mihi id aurum* A. cf p. 359, 33. *mutuare* A. J. *caetera* alii apud Dusa. mgJ. *inter se* Dusa. *voles haec* cjJDusa. *attendat* A. *pansa pappipole* G. *Pansa papipole* A. *sponsa papipolae* cf. p. 469, 20. probMerc. *sponsa: papae pol eo magis* cjJ. *Sponsa Pappi: Pol mage curabo. Ubi* Bothe 2. *Pol mage curabo ut ubi* Dübner, Munk. *vel perspicere* b. *cognorit*

vimus amnem. Idem Georgicon lib. II: *nunc, quo quamque modo possis cognoscere, dicam.* M. Tullius in Hortensio: *unde autem facilius, quam ex annalium monumentis, aut bellicae res aut omnis reipub. disciplina cognoscitur?* (p. 276.) Idem et de Senectute: *neque vero eo ipse cognovi, sed illos etiam, de quibus et audivi et legi et ipse conscripsi.* Cognoscere, agnoscere. Virg. in Bucolicis: *incipe, parve puer, risu cognoscere matrem.* M. Tullius de Re publica lib. I: *cognoscere mehercule, inquit, consuetudinem istam et studium sermonemque.* Varro Sesqulixe: *vereor, ne me quoque, cum domum ab Ilio cossim revertero, praeter canem cognoscat nemo.*

Competere significat, quod est honorem vel coniugium vel quidvis aliquid adversus alium petere; unde competitores, ut saepe. Competere, par esse vel simile: inde et in aestimatione rerum, hoc illi competit, dicimus. Competere, rei cuiusque meminisse, aut constanter valere. Sallustius Historiarum lib. I: *sic vero quasi formidine attonitus, neque animo neque auribus aut lingua competere.*

INCIPIT PER D. LITTERAM.

Damnare est damno adficere, unde et condemnare dictum est. E contrario nullo damno adfectum, indemnem, probamus. Damnare est exheredare. Lucilius Satyrarum lib. XI: *Cassius Gaius hic operarius, quem Cefalonem Dicimus sectorem, Furiumque, hunc Tullius quem Index heredem facit, et damnati alii omnes.* Damnare, necessitate constringi. Terentius in Formione: *tuus est damnatus natus, non tu.* Damnare est et morti dare. Virg. Aen. lib. IIII: *nondum illi flavum Proserpina vertice crinem Abstulerat, Stigioque caput damnaverat Orco.* Accius Armorum iudicio: *maior erit luctus, cum me damnatum audiet.* M. Tullius in Verrem actione I: *reus in iudicium abductus est Ver-* (p. 277.) *res, homo vita atque factis omnium iam opinione damnatus.* Damnare et condemnare pro liberare positum est. Titinius Veliterna: *fortasse votum fuisse, quo die liber foret, Nunc eius voti condemnatus est, immolavit hostiam.* Virg. lib. XII: *quem damnet labor, aut quo vergat pondere letum.* Turpilius in Leu-

AJ. *non refugis* G. cf. p. 411, 20. *assiduo* (pag. 276.) cf. p. 230, 4. *disciplinae* W. L. *quos ipse* mgJ. *neque vero eos solum convenire aveo quos* Klotz. *quibus audivi* id. *co gnosce me* G. L. *hercle* 483. A. *me hercule* cod. Vat. *studium sermonis* codd. Vatt. omnes. 483. *caesus* A. *cessim* Edd. *praeter album canem* Popma. *cognoscet* W. *signif. honorem* B. *competitores Comp. par esse .. meminisse Sal.* B. *quidvis aliud* A. *illi competiti* W. *neque animo, neque lingua satis competere* Donat. ad Ter. Ad. 3, 2, 14. *auttonitus* W. *damnare malo addicere* W. *operariu' .. dicimu' .. furemque hunc Tulliu' quidam* cj Scalig. ad Manil. V. *Tullius quidam Iudex* Dusa. *Tullius quidni Iudex* mgJ. *sextorem* W. *facit: at damnati* cjScal. *exheredare Lucilius: hunc tullius quem index heredem facit, et damnati alii omnes* b. *add. est C. Verres* Klotz. *notum* ante Merc. (pag. 277.) cf. Palm. spic. Herm. Op. V. p. 275. *votum eum fecisse* Neuk. *votum fecisse* Palmer. Schoppe Veris. 1, 16. *sic v. fec.* Bothe. *id v. f.* Bothe 2. *condemnatu'st: imm.* Bothe.

cadia: *et amplius illam apparere condecet, quandoquidem voti condemnata est.* Virg. in Bucolicis: *damnabis tu quoque votis.* Sisenna Historiarum lib. IIII: *quod voto damnati fetum omnem dicuntur eius anni statim consecrasse.* Cicero Tusculanarum lib. V: *rerum naturam, quam errorem nostrum, damnare malumus.*

Delicere est illicere. Titinius lib. V: *quod ea parasitus habeat, qui illum sciat Delicere, et noctem facere possit de die.*

Defendere, vindicare, depellere. Virg. in Bucolicis: *solstitium pecori defendite.* Defendere, tueri, depellere. Ennius Achille: *serva cives, defende hostes, cum potes defendere.*

Delica est aperi et explana. Titinius in Quinto: *quid istuc est, aut quid istic sibi vult sermo? mater delica.* Idem Proelia: *tibine, comediam quam sciam, non delicem?* Caecilius Obolostate: *si linguas dete Habeam, vix habeam, satis te qui laudem, ache. Immo vero, haec ante solitus sum; delicat.* Accius in Achille: *qua re alia ex crimine inimicorum effugere possis, delica.* Lucilius lib. XXX: *nemo istum ventrem pertundet delicietque uti via atque videbis.*

Delenitus, ad nostram consuetudinem placatus. Turpilius in Deme- (p. 278.) trio: *vide mirum ingenium, ac delenifica mulierem; Commorat hominem lacrimis.* Delenitus, delectatus. M. Tullius ad Cassium lib. I: *iam biennium est, cum virtuti nuntium remisisti delenitus illecebris voluptatis.* Lucilius lib. XXX: *praeservit, labra delicit, delenit amore.* Delenitus est mente alienatus. Plautus in Amfitryone: *delenitus sum profecto ita, ut me qui sim nesciam.* Lucilius lib. XXVIII: *concedat homini id quod vult, deleniat, Corrumpat prorsus, ac nervos omnis eligat.* Titinius Proelia: *verum enim dotibus deleniti ultro etiam uxoribus ancillantur.*

Degere est agere. Lucretius lib. II:

Neuk. Herm. *est* om. Jun. Schopp. Veris. 1, 16. *et iam plus illam apparare* MsPalat. probGebh. p. 51. *Etiam thus illam apparare* cjGuil. 2, 23. *et amplius illam apparare* cjGerlach. *quo voto* cjCarrio 1, 6. Victor. V. L. 35, 22. *maluimus* A. *delicare est inlicere Titinnius Lib. V.* b. *Lib. V.* B. *inlicere turpilius lib. V.* L. *in Quinto* cjM. *habeat quibus* Voss. *quo ea p. abbitet .... ut noctem* Bothe 2. *habeat ut qui* Neuk. *satiat delicere* b. *quis illum .. facere* om. Palm. p. 51. *qui se illum sc.* cjHerm. Op. V. p. 273. *defendere, debellare ueri .. In Achille o qui te serva cives defendite hostes* b. *istud esse* b. *Titinius* p. 98, 8. *quid* om. p. 98, 9. Jun. Neuk. improb. Herm. *tibi nego mediam quem* G. *com. quam agam* cjBothe. *non* ante *delic.* om. Neuk. *tibin' c. Q.* Herm. Op. V. p. 272. *obolo. state* Ven. *decem habeam* M. *vix habeam, rem satis qui delicem. Idem Pausimacho. immo vero hic ante, soli dum sumus, delica* cjLips. ep. q. 1, 18. *ache* G. Mss. Merc. W. L. 483. 583. *Lache. Lach. immo* Spengel. *hic ante* Ven. A. 583. J. *haec ante* mgJ. *laudem, Lachis .. soli ius suum* cjScal. *alias* B. *alio ex crimine* b. *delicat* cfr. p. 98, 7. *istum in.* al. ap. Dusam. mgJ. *delicet uti atque* A. Dusa. J. *delice tute utilia atque* cjMerc. *nisi vi at-* (pag. 278.) *que* cjGerlach. *ut via* G. *deleneficam* Edd. *delingit* cjTurn. 28, 8. *delinit* A. Dusa. J. *praesternit l. deliciis* cjGuliel. 2, 1. *del. odore* Dusa. *delicat hinc delenit amore* cjJ Dusa in praecidaneis pro Tib. cp. 17. *velit* probMerc. 269, 29. *deligat* W. cfr. p. 301, 10. *elidat* cjGerlach. *omnes. delinit*

degimus hoc aevi, quodcumque est. Degere est etiam minuere. Plautus in Aularia: *nunc ego istum, soror, laborem degam et deminuam tibi.* Degere est detrahere. Plautus in Epidico: *degitur corium de tergo meo.*

Dare, exhibere. M. Tullius de Signis: *Gn. Pompeius est Filo, qui fuit in Tyndaritano, cenam isti dabat apud villam.* Terentius in Heautont.: *namque iei unam caenam atque eius comitibus Dedi.* Dare, facere. Virg. Aen. lib. i: *tu das epulis accumbere divum.* Et lib. iii: *immotamque coli dedit, et contemnere ventos.* Da significantiam habet manifestam, id est, dic. Virg. Aen. lib. iii: *da propriam, Tymbraee, domum.* Da, dic. Virg. in Bucolicis: *sed tamen, iste deus qui sit, da Tytyre nobis.* Etiam in lib. vi: *tuque, o sanctissima vates, Praescia venturi, da, non indebita posco.* Terentius in Heautont.: *num quam ob rem has partis didicerim, paucis dabo.* Lucilius lib. xxx: *si liceat facere, etiam* (p. 279.) *hoc versibus reddere, quod do.* Et lib. xxviii: *persuade et transi, vel da, quam ob rem transeas.* Dare, ascribere. M. Tullius in Verrem divinationem: *ego etiam, quae tu sine Verre commisisti, Verri crimini daturus sum.*

Deponere est ponere. Virg. in Bucolicis: *de grege non ausim quicquam deponere tecum.* M. Tullius: *existimavi honestissimas molestias posse deponi, nisi me ad philosophiam retulissent.* Deponere est commendare. Accius in Erigona: *hospitem deposita interimes?* Afranius Epistola: *amare, habere puerum depositum foris.* M. Tullius de Officiis lib. iii: *ergo et promissa non facienda nonnumquam neque semper deposita reddenda.* Deponere est alienare. Plautus in Aulularia: *ut me deponat vino, eam adfectat viam.* Deponere est desperare; unde et depositi desperati dicuntur. Lucilius Satyrarum lib. iii: *Symmachus praeterea iam tum depositus bubulcus Exhalans animam pulmonibus aeger agebat.* Virg. lib. xii: *ille, ut depositi proferret fata parentis.* Accius in Tereo: *Tereus indomito more atque animo barbaro Conspexit in eam amore vecors flammeos Depositus, facinus pessimum ex dementia Confingit.* Idem in Alfesiboea: *etsi est in malis Depositus animus meus, quae scibo, exinde audiet.* M. Tullius in Verrem actione i: *itaque mihi videor, iudices, magnam et maxime aegram et prope depositam rei publicae partem suscepisse.* Caecilius in Oboloistate: *depositus modo sum anima, vita sepultus sum.*

deligat Tit. A. *delicet* al. apud Dusa. *Verum viri dotibus* cjCosta. cf. p. 72, 1. *degitur hoc* Forb. *lab. demam* Miller. *detegetur* Pl. Miller. *deligetur* cjAcid. ap. Grut. 6. p. 171. *detergetur* p. 362. *cn. pompeius cum filio* A. cf. p. 323, 3. *qui fuit Tyndaritanus, is cenam isti dabat apud villam in Tyndaritano* Klotz. (pag. 279.) *et iam hoc* v. l. Dusae. *atque hoc* Dusa. mgJ. *divinat.* cf. p. 248, 32. *deponere* post 281, 18. A. *sum. Dare* 281, 14. A. *deponi ubi me* A. J. *si me* mgJ. *hosp. depositam* G. L. prMerc. *hospitam depositam* cjCosta. *amare habere* Neuk. cf. Plaut. Asin. I. 1, 60. Curc. 5, 3, 20. *non fac. non nunq.* mgJ. *depostus* Ms. Fabri. *iam nunc depostus* Palm. p. 162. *flammeus et d.* A. J. *flammeo D.* mgJ. *quae scribi* A. J. *obolostate* Edd. *depositus anima modo vita*

DESTITUI est desolari. Destitui rursum statui. Nevius in Gymnastico: *in* (p. 280.) *alto navem iubet destitui anchoris.* Caecilius in Symbolo: *destituit omnes servos ad mensam ante se.*

DEDICARE est dicare. M. Tullius Accius in Alfesiboea: *ad vereor, cum te esse Almeonis fratrem factis dedicat.* Caecilius in Annalium lib. I: *legati quo missi sunt, veniunt, dedicant mandata.*

DICERE, constituere. Terentius in Andria: *placuit; despondit; hinc nuptiis dictus est dies.* Dicere, denuntiare. Lucilius lib. XXVIII: *minitari aperte capitis dicturum diem.* Terentius in Andria: *sed dico tibi, Ne temere facias.* Dicere est indicare. Virg. in Bucolicis: *dic mihi, Damoeta, cuium pecus?* Dicere, dicare. Virg. lib. VI: *Iunoni infernae dictus sacer.* Dicere, destinare. M. Tullius de Officiis lib. III: *et is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulavisset.* Dicere etiam promittere. Pomponius in Pistoribus: *nummos certos dicas. dico quinquaginta milia.* Sallustius Historiarum lib. II: *eodem anno in Macedonia Gaius Curio principio veris cum omni exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit pecunias dictas coegit.* Afranius in Vopisco: *igitur quiescet quoniam inter nos nuptiae Sunt dictae, parcas istis verbis, si placet.* Idem Fratris: *da rustico nescio cui vicino suo Perpauperi, cui dicat dotis paululum.* Pacuvius in Hermiona: *prius data est, quam tibi dari dicta, aut quam reditum est Pergamo.* Varro Mysteriis: *in id virgo, dos a femina ut auferatur, quae mihi posteaquam ad concordiam dicta est.* Dicere, dare. M. Tullius de Officiis lib. II: *commode autem, quicumque dixit: pecuniam.*

DIGNATUS significat dignus ha-(p. 281.)bitus. Virg. lib. III: *coniugio, Anchisa, Veneris dignate superbo.* Accius in Neoptolemo: *sed quem mihi iungent tuique tu illo fuerint, dignabor dari.* Idem in Atreo: *egone Argivum imperium attingam, aut Pelopis digner domo? Quo me ostendam? quod templum adeam? quae more funesto colloquar?* Cicero in Oratore: *quamquam enim omnis locutio oratio est. Quae tamen consimili laude dignantur.*

DARE, ostendere. Lucilius lib. XXVI: *animoque aegrotat, vidimus corpore hunc signum dare.* Dare, petere. Lucilius lib. V: *sicuti cum primus ficos propola*

(pag. 280.) cjSpengel. *delicare* cjLindem. improb. Müller ad Fest. p. 70. *Alcmenonis* A. *Caelius* Vulg. *despondit, hunc* W. *minitare* 10 *a. captis* v. l. Dusae. *iudicare* A. *hist.* 20 *lib. iii.* G. W. m. 1. *potuit modis dictas pec. c.* Carrio e vet. cod. Gerl. *pecunias Appia dictas* G. L. *appia* om. W. 483. A. *Appio* cjRoth. *quiesce et* cjLips. ep. qu. 5, 25. M. Neuk. *quiescit* 511. Steph. *fratriis: det* Lips. Ep. q. 5, 25. *in id iurgo, dos* cjPopma. 30 *Concordiam* Popma. (cum prope aquam Appiam fuerit signum Conc. apud quod coniugia celebrabant) falso si quid video Gerlach. *qui condixit* mgJ. *pecuniam qui habeat non* 30 *redd.* Orell. *habitus Virg. coniugio* (pag. 281.) G. L. cf. p. 286, 29. *superbo. Deliberare* B. cfr. p. 282, 8. *cuique tu* A. *cuique tui voluerint* cjGerlch. *cui quae cum illo fuerim* cjMerc. *quoime ost.* cjLips. ep. qu. 4, 8. *Pelopia* Voss. Bothe 2. *quem ore* Ms. Fabri. cjLips. ep. qu. 4, 8. Mss. Merc. *alloquar* cjMerc. verba: *tamen unius oratoris locutio* 10

recentis Pirotulit, et pretio ingenti dat primitus paucos.

Dominus dicitur, cui servitur. Virg. Aen. lib. i: *Romanos, rerum dominos, gentemque togatam.* Dominus rursum appellatur convivii exhibitor; unde et dominia convivia. Lucilius Satyrarum lib. vi: *qui te bonus Iuppiter, inquit, Crasso Mucium cum cenabat, dominum fortem.* Idem lib. xiii: *primum dominia atque sodalicia omnia tollantur.* Turpilius Filopatro: *forte eo die Meretricis ad me delenitate Atticae ut Convenerat quo dixerant quae cenam apud Me, Tais atque Erotium, Antifila, Pythias; Ego extra cubui domina.* Varro Papiapapae, περὶ ἐγκωμίων: *dominum convivii, vinum aliudve quid mi laudato.* Sallustius Historiarum lib. iii· *alter scribam et cenas: In imo medius inter Tarquinium et dominum Perpenna.* M. Tullius in Verrem Frúmentaria: *adria argento* (p.282.) *dominos vestrae.* Varro in Endymionibus: *discumbimus mussati, dominus mandarenam committit.* Domini etiam mulierum amatores. Dominus, maritus. Virg. Aen. lib. iiii: *conubia nostra Reppulit, ac dominum Aeneam in regna recepit.*

Deliberare est dubitare. Terentius in Formione: *ego amplius deliberandum censeo.* Deliberatum, complacitum, vel definitum. Turpilius in Filopatro: *certum ac deliberatum est me illis obsequi.*

Discrimen, divisio, separatio. Cicero de Finibus bonorum et malorum: *homo et acutus et diligens Crysippus non contempnit, totumque discrimen summi boni in eam rem rerum comparatione positum putat.* Discrimen est periculum. Virg. Aen. lib. i: *per quot discrimina rerum Tendimus in Latium.* Discrimen rursum separatio, a discernendo; unde et discerniculum dicitur acus, quae capillos a medio fronte disseparat. Sallustius Historiarum lib. i: *Sertorius fortis*

hoc proprio dignata nomine est. Idem de oratore lib. iii: res complures dissimiles inter se ex Cicerone interposita om. G. Mss. Merc. W. L. B. A. *dignantur. dignari* 286, 25. A. *dare* post 279, 6. A. *qui aegrotat, videmus* cjGuil. 2, 10. *videmus* L. A. J. 583. Dusa. cjMerc. *ut cum primitiis f. propala* Turneb. cf. p. 154, 27. *primos f. propala recenteis* Dusa. Jun. *cum prim' ficos propola recenti spirotulit* b. *S.* c. *ficus primus propola* Scal. ad Virg. Culic. *protulit* Edd. *paucos deponere* 279, 7. A. *dominus* post *sternere* 286, 27. A. *inquit Crasi, sic apud Mutium* cjJ. cfr. Lips. Saturn. 1. extr. *te bone* (*u'* spl.) *I., i., Mutivit, q. coenabit, d. fore Crasso?* cjScal. *Crasso Mutiu' quum cenas dominus foris* cjJ. Dusa. *Mucius censebat dominum fore* cjMerc. *cenabat* active Gerlach. *tolluntur* A. Dusa. Turn. ad Cic. de legg. Lips. Saturn. 1. extr. *mer. ad me delenificae* cjLips. ep. qu. 5, 12. mgJ. *cum venerat quidam dixerat quae coenam* A.J. *Atticae convenerant condixerantque* mgJ. Lips. *quid ni* Popma. cjGif. p. 365, 30. *alteri scribam et cenas* L. G. A. J. correxit Leopard. 19, 4. e Servio ad Aen. 1. 698. 702. item Nic. Loensis 8, 2. *alter scriba Maecenas in imo: medius* Lips. ant. lect. 3. p. 70. *inter M. Antonium et* cjV. D. *Tarquitium* Gerl. 1. 2. *Perpennam* cjNic. Loensis 8, 2. *Perpernam* Gerl. 1. 2. *ornari argento dominia* (pag. 282.) *vestra* cjZumpt ad Verr. III. 4. *huius argento dominia vestra, huius siquis et tabulis forum comitiumque ornari* cjLips. Saturn. 1. extr. Cuiac. Observ. XI. 12. Cic. Klotz. *disc. multi, tum* cjCarrio. *dominus maturo*

turbam morantibus, et nullo, ut in terrore solet, generis aut imperii discrimine, per calonum corpora ad medium quasi: dein super adstantium manibus in murum attollitur. Virg. Aen. lib. I: *Tros Tyriusque mihi nullo discrimine habetur.* M. Tullius in Filippicis lib. XII: *Etruriam discriminat Cassius.* Lucilius lib. XXVIIII: *et amabat omnes, nam ut discrimen non facit, neque signat linea alba.* Discrimen, certamen. Virg. lib. V: *post hos equo discrimine pistrix Centaurusque locum tendunt superare priorem.*

Duci, delectari vel avocari. M. Tullius de Finibus bonorum et malorum lib. V: *dantque se ad ludendum fabellarumque* (p. 283.) *auditione ducuntur.* Ducere, pati. Virg. Aen. lib. IIII: *nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos?* Ducere, nudare, exerere. Virg. lib. XII: *ille tamen clipeo obiecto conversus in hostem Ibat, et auxilium ducto mucrone petebat.* Ducere, excitare. M. Tullius in Verrem actione secunda: *quod si quem statuae magno opere delectant, si quis earum honore aut gloria ducitur.* Ducere consuetudine quam significantiam habeat, claret; sicut Virg. Aen. lib. XII: *ducitur infelix aevo confectus Acetes:* et multa talia. Ducere, illicere, inducere. M. Tullius de Officiis lib. II: *postremo pretio aut mercede ducuntur.* Et de Senectute: *sic adulescentes senum praeceptis gaudent, quibus ad virtutum studia ducuntur.* Ducere, struere, erigere. Virg. Aen. lib. I: *pars ducere muros, Molirique arcem.* Ducere, existimare, iudicare. Varro Sexagesi: *avidus iudex reum ducebat esse coenon Hermen.* Virg. lib. X: *tanton' me crimine dignum Duxisti?* M. Tullius in Verrem, in divinatione: *clarissimi viri nostrae civitatis temporibus optimis hoc sibi amplissimum pulcherrimumque ducebant.* Lucilius lib. XXX: *non datur, admittit nemo, nec vivere ducunt. Orpo spondent septimum.* M. Tullius de Officiis lib. III: *a quattuor fontibus honestatis primo lib. officia duximus.* Ducere, volvere, pertractare. Virg. lib. VI: *sic equidem ducebam animo rebarque futurum.* Lucilius lib. XXVIIII: *age nunc summam sumptus*

ovo coenam c. Scal. ad Varronem R. R. p. 8. Popma. M. *dominus matura ova ad cenam com.* J. *maturat ova ac* vel *maturo ovo c.* Lips. ant. lect. p. 66. *domini* Edd. *conplacitum* b. G. B. *complecitum* Ms. Vict. W. cf. p. 429, 21. *in eam rerum comparationem* A. *in ea rerum comparatione* B. *rerum* om. Orell. *in eadem rerum* Edd. *per quot discr.* cfr. p. 410, 31. *Parthis turbae m.* J. *portis turbam..ad medium evasit* cjMerc. *dein superadstantium* cjMerc. Gerl. 1. *Cassia* mgJ. *omnes at discr.* G. cf. p. 405, 12. 16. Turn. 29, 27. *omnes natura ut* mgJ. *ut* om. A. J. Dusa. Turn. *pistris* A. J. cf. p. 411, 5. *advocari* A. J. *avocari* mgJ. cf. p. 113, 19. 191, (pag. 283.) 5. *ducitur* Edd. *Acestes* b. *pars* cf. p. 240, 16. 346, 16. *avidus* cf. Turn. 29, 27. *tanto me* B. post *ducunt* supplevit Merc. cj. e pag. 526, 12: *idem lib. XXVI. qui sex menses vitam ducunt.* Lips. ep. qu. 3, 14. *O. sp. sept.* ὀβελίζει sed alibi legisse putat. *sex dies sat sunt vitae* Caecilius ap. Cic. de Fin. II. 7. *Orco* Edd. *aeri simul atque alieni* A. J. *ducat sui aeris simul atque a.* cjJ. Gruter. in Suspicionibus. *simul atque al.* Dusa. *aeris s. adde a.* mgJ. *nihil* cf. p. 69, 29. *policis* i. e. πωλικοῖς cjJ. *pollicis nostrae* A. *Nil s. M. pollicis v. quas ac. d.* Herm. elem. p. 388. *M. politae* Perott. *musae*

duc, atque aeri simul adde alieni. Ducere, fabricare. Varro Gnoti seauton: *nihil sunt Musae policis vestrae, quas erifice duxti.* Ducere, trahere, differre. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. I: (p. 284.) *nec res duceretur, fecimus, ut Hercules Antianus in alium locum transferretur.* Idem de Officiis lib. III: *apud P. R. criminatus est: balbum illum ducere.* Ducere, proprium pro temporibus servare. Virg. in Bucolicis: *astrum, quo segetis gauderent frugibus, et quo Duceret apricis in collibus uva colorem.* Ducere, dimittere, descendere. Plautus in Aulularia: *ubi ille abit, ego me duco serium de arbore.* Ducere, gerere. Virg. lib. VIII: *hi bellum assidue ducunt cum gente Latina.*

DIFFERRE est spatium temporis dare. Virg. Aen. lib. VI: *distulit in seram commissa piacula mortem.* Diffamare, divulgare. Lucilius lib. XXX: *gaudes, cum de me ista foris sermonibus differs.* Varro de vita P. R. lib. IIII: *si modo civili concordia exsequi rationem paret, rumores famam differant licebit, nosquae carpant.* Differre, dividere vel scindere. Virg. Georgicon lib. IIII: *Schytiaeque hiemis atque arida differt Nubila.* Terentius in Adelfis: *miseram me, differor doloribus.* Virg. lib. VII: *aut procul inde citae Mettum in diversa quadrigae Distulerant.* Lucilius lib. XXX: *et maledicendo in multis sermonibus differs.* Plautus in Aularia: *nisi redde Mihi vasa iuves, pipulo te differam ante aedis.* Differre, in ordinem ponere. Virg. Georgicorum lib. IIII: *ille etiam seras in versum distulit ulmos.* Differre, distare. M. Tullius in Verrem Divinatione: *ac vide, quid differat inter meam opinionem ac tuam.* Lucilius lib. XXVII: *tamen aliti verruca aut cicatrix medius papule differunt.* M. Tullius in Hortensio: *quantum inter se homines studentes moribus, omni vitae ratione differant.* (p. 285.)

DURUM, solidum. Virg. Aen. lib. IIII: *sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus.* Durus, nocens. Virg. Georg. lib. IIII: *aut durum, tiniae, genus.* Lucilius lib. XXX: *et saevo ut duro in bello multo optimus hostis.* Durum, patiens et perseverans. Virg. Georgicon lib. II: *Scipiadas duros bello.* Et Aen. lib. I: *durate, et vosmet rebus servate secundis.* Terentius in Adelfis: *non hercle hic qui vult durare quisquam, si sic fit, potest.* Durum, immite. Virg. Georg. lib. III: *quid iuvenis, magnum cui versat in ossibus ignem Durus amor?*

pollicis, quas aerifice d. Popma. πολύηχος i. e. *canorus* cjPopma. *Polyclis vestri q. ae. duxit* cjLips. V. Lect. II. 24. *ne res* ante M. Or. (pag. 284.) Lips. *ne rex* b. *Antaeanus* cj Lips. ant. lect. 5, 12. *balbul illum* G. *bellum* correxit Merc. e Cic. *segetes* A. *abiit, ego me deorsum duco de a.* Miller. *ista feris* cjP. Merula. *nos quoque carpant* A. Popma. *haud* Edd. *Mettium* Edd. cf. 265, 24. *mal. multis sermonibus* Guil. 2, 1. *reddi* Edd. cf. 152, 4. *talicis . . medii papillae* cjScal. *t. aut verruca* cjMerc. *tamen alii verrucae a. c. naevusve vel papulae d.* cjPalm. p. 151. *papillae* Vulg. Dusa. *naevus* cjMerc. *saevo* cf. p. 388, 15. *et duro . . hastis* cj (pag. 285.) Guil. qui conj. cum 462, 28. *ac duro* Dusa. *aut d.* cjGrlach. *hic quidem d.* Edd. *magnum cui* cf. p. 418, 30. *expetenda quidem* Edd. *ratio* Edd. cf. p. 291, 20. *decernunt, ut e . . . in insanorum n. referat* Popma. *ut*

Terentius in Heautont.: *et quod illum insimulato durum, id non est.*

Decernere est constituere, definire. M. Tullius de Officiis lib. i: *quare explenda quidem magis est decernendi oratio, quam decertandi fortitudo.* Virg. lib. iiii: *decrevitque mori.* Terentius in Andria: *quicquid peperisset, decreverunt tollere.* Plautus in Asinaria: *eos me decretum est persequi mores patris.* Varro in Eumenidibus: *forenses decernunt, existimatio nomen eum in sanorum numerum refert.* Decernere, ut est dicere. Plautus in Amfitryone: *qui nequeas, nostrorum uter sit Amfitryo, decernere.* Decernere, certare. Virg. Aen. lib. xi: *ipsum armis ipsumque iubent decernere ferro.* Idem Georg. lib. iii: *cornibus inter se subigit decernere amantis.* M. Tullius Filippicarum lib. iii: *quam, ne serviam, animis armisque decernere.*

Dimissum, abiectum. M. Tullius de (p.286.) Officiis lib. iii: *perspicuum est enim ea, quae timido animo, humili, dimisso. unus accipit affert.* Dimissum, humile, miserandum, abiectum. Virg. Aen. lib. iii: *deiecit vultum, et demissa voce locuta est.* Lucilius lib. xxvii: *re in secunda tollere animos, et in mala dimittere.* Cicero Tusculanarum lib. v: *non est ausus elate et ample loqui; humiliter dimisseque sentire.* Dimittere, permittere, in potestatem dare. M. Tullius de Re publica lib. i: *tum annui consules, tum dimissi populo fasces.* Dimittere est derelinquere. M. Tullius ad Caesarem lib. iii: *quae sibi videres, non de exercitu retinendo tueri, sed eo tradito aut dimisso.* Dimittere, desuper mittere. Virg. Aen. lib. ii: *dimissum lapsi per funem.* Sallustius Historiarum lib. iii: *cum machinis strepitu dimissum Victoriae simulacrum coronam capiti imponebant.* Varro in Meleagris: *cum etiam Thais Menandri tunicam dimissam habeat ad talos.* Dimittere, dare. Virg. Georg. lib. iii: *dimissaque ab Iove gentis Nomina.* Dimittere, mittere. Virg. Aen. lib. i: *equidem per litora certos Dimittam.*

Dignatus dicitur dignum aliquem deputare. Virg. lib. x: *atque idem fugientem haud est dignatus Oroden Sternere.* Dignatus rursum, qui ab alio habetur dignus. Virg. Aen. lib. iii: *coniugio, Anchisa, Veneris dignate superbo.*

Discere est ignotam rem meditando assequi. Lucilius lib. viiii: *discere labora, ne res te ipsa ac ratio ipsa refellat.*

existimatio 583. J. *ut aestimator* i. e. *censor* cjPopma. cfr. 381, 20. *nequehas* W. *qui nequeo vostrorum* Guil. ad Amph. 7. qui inserit Amph. 4, 3, 4. *cornibus* cfr. p. 401, 14. *serviamus* Orell. *obiectum* W. (bis). *dimissum humile miserandum abiectum* B. (pag. 286.) al. *fractioque fiant* mgJ. *aufert* mgJ. *loqui cum h. d. sentiret* Klotz. *quae si vid.* 511. A. *quem si vid.* J. *retinendo timere* cjWalch. emend. Liv. p. 117. *machinae* mgJ. *machinato* p. 180, 22. mgJ. *demissum..str. tonitruum imponebat* Gerlch. cfr. Macrob. 2, 9. *Menandria* Popma. *demissam* cjV. D. Popma. *dignari* post 281, 13. A. *sternere. Dominus* 281, 19. *dignatus..superbo* om. A. cf. 281, 3. *labora. Discere, ne te res* cjJDusa. *labora, Discere ne res ipsa ac te ratio* cjJ.

Virg. lib. xii: *disce, puer, virtutem ex me.* (p. 287.) Discere, temptare. Virg. lib. v: *et fractis discentem currere remis.*

Defunctum dicimus consuetudine mortuum. Virg. lib. vi: *defunctaque corpora vita.* Defuncti, liberati. Virg. lib. vi: *o tandem magnis pelagi defuncte periclis!*

Distrahere est vendere. Lucilius lib. xxviiii: *dividant, differant, dissipent, distrahant.* Distrahere, separare. Terentius in Formione: *quod si eo meae fortunae redeunt, Fanium, abs te ut distrahar.* M. Tullius in Filippicis lib. ii: *quid primum haec natura coherentia opinione distraxissent.* Varro de vita P. R. lib. ii: *distractione civium elanguescit bonum proprium civitatis, atque egrotare incipit et consenescit.* Distrahere, dividere, diffundere. Virg. lib. vii: *turbatis distractus equis.* Varro de vita P. R. lib. i: *Mettum Fufetium propter perfidiam interemit poene imperiosius, quam humanius: nam equis ad curriculum ex utraque parte diligatum distraxit.*

Dicare dictum est constituere, consecrare. Virg. lib. v: *orbe velim positam templis sibi ferre dicatis.* Dicare, tradere. M. Tullius in epistola ad Caesarem lib. i: *Balbum quanti faciam quamque ei me totum dicaverim, ex ipso scies.* Lucilius lib. xxx: *iuratam se uni, cui sit data, adaequae dicata.* Dicare, indicare, nuntiare. Lucilius lib. xxx: *sicubi ad auri Fama tuam pugnam claram allatam dicasset.*

Detrahere dicitur derogare. M. Tullius de Signis: *et, si quaeritis, ut ipse de me detraham: illos ego accusatores puto.* Detrahere, tollere. Te- (p. 288.) rentius Heautontim.: *assido, accurrunt servi, soccos detrahunt.* Virg. Georg. lib. iiii: *observans nido inplumis detraxit.* M. Tullius in Frumentaria in Verrem: *postremo, si cui civitati sociae tantum detraxit, quantum commodum fuit.* Idem de Officiis lib. iii: *numquam committet, ut alienum appetat et id, quod alteri detraxerit, sibi assumat.* Et in Hortensio: *ut ea sibi ratio vera restituat, quae consuetudo vitiosa detraxerat.* Detrahere, extrahere. Lucilius lib. xxviiii: *cum ipsi in lutum descendant, cum alios detrahant.*

Despicere est pro nihilo habere. M. Tullius in Verrem actione ii: *quem ad*

(pag. 287.) 10 verba: *quid ego illum ab eo distrahere conarer. Idem de off. lib. iii.* quae vulgo interponuntur, om. Mss. Merc. W. G. L. B. A. cf. p. 356, 20. *P. R. lib. 1.* Popma. Gifan. *districtione* W. *consenescere* Ms. Fabri. A. Popma. Gif. p. 300. *Mettium* B. *Suffetium* Popma. *quam immanius* cjRobortell. de arte corrig. ant. lib. improb. Sigon. *pene* A. *urbe velit posita* Editt. *iuratum* A. J. 583. *iuratam . . atque dicata* Ms. Fabri. *iuratam . . deque dicata* cjCarrio 1, 4. Dusa. *adaeque* A. J. Vulg. *aureis* A. Dusa. *tuas p. c. illatamque d.* cjJ. Dusa. *claram allatam* A. Dusa. J. 583. *aurem . . . claram adlata* cjGifan. p. 437. *illustremque* cjJ. *clarans alata* cjLips. ep. qu. 3, 14. prob. Freund. *nido impl.* Edd. (pag. 288.) cf. 360, 8. *solvit* Edd. *detraxerit* A. ante M. J. Or. *cum ipsi in latum discendant, tum alios* B. *cum ipsi in locum* A. Dusa. J. *escendant* cjPalm. p. 97. al. apud Dusam. Merc. *actione II.* cf. 436, 24. *Alexin* W. *contemnunt* vulgo. *dispicere* Virg. Heyn. Heins. *despicere* Voss. Iahn. Forb. *ad'e adab.* G.

modum tenuissimum quemque contempserit, despexerit, liberum esse numquam duxerit? Virg. in Bucolicis: *despectus tibi sum, nec, qui sim, quaeris, Alexi.* M. Tullius de Officiis lib. II: *despiciunt autem eos et condemnant, in quibus nihil virtutis, nihil animi, nihil nervorum putant.* Despicere, desuper aspicere. Virg. Georgicorum lib. II: *qualem saepe cava montis convalle solemus Despicere.* M. Tullius in Hortensio: *consolabitur eam magnitudo animi et humanarum opinionum alta quaedam despectio.*

Deicere, elidere. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. II: *ad est atba nescio cuius Clodi, quam tu restitui iussisset ancone, cum hero delectam esse ex senatuconsultu.* Deicere dicitur mittere. Virg. lib. VIII: *toto genitor quae plurima caelo Deicit in terras.* Lucilius lib. XXVII: *has et fenestras in caput Deiciunt, qui prope ad hostium aspiraverint.* Deicere, praecipitare. M. Tullius in Verrem actione II: *si me aedilitate deie-* (p. 289.) *cisset.* Lucilius lib. XXVIIII: *detrursus tota vi deiectaque Italia.* Deicere, avertere. M. Tullius in Filippicis: *nec vero usquam, nec a re publica deiciebam oculos.*

Deductum dicitur molle et suave. Virg. Bucolicis: *pascere oportet ovis, deductum dicere carmen.* Deducere, vocare. M. Tullius de Re publica lib. I: *quare si placet, deduc orationem tuam de caelo ad haec citeriora.* Deductum, delectatione ductum. Virg. in Bucolicis: *carmina vel caelo possunt deducere Lunam.* Lucilius lib. XXVI: *illoc oculi deducunt ipsi, atque animum spes illuc rapit.* Deducere, trahere, movere. Sisenna Historiarum lib. IIII: *ab armis recedere, praesidia de locis deducere.* Deductum, diminutum, suppressum. Lucilius lib. XXX: *deducta tunc voce leo: cur tu ipsa venire Non vis huc?* Deducere, depravare, transvertere a recto. M. Tullius in Hortensio: *habet enim ipsa incertam et definitam viam; et ex ea, multis vitiis et erroribus depravata, deducitur.* Virg. Georg. lib. I: *rivos deducere nulla Relligio vetuit.*

Deferre, abducere. Virg. Aen. lib. VI: *defert in Italiam.* Deferre est afferre. Virg. Aen. lib. IIII: *celeris mandata per auras Detulit.* Deferre, celatum prodere. Lucilius lib. XXVIII: *quapropter certum est facere contra, hac persequi, Et nomen deferre hominis.*

adba L. *adest alba* A. J. *iussisses* cjMerc. *iussisti sed* mgJ. *ancone cum herode lectam* G. L. *cum eo deiectum esset* A. J. *quum ea deiecta esset* cjMerc. *adest Albae n. quis Claudius quem .. Ancone cum eo deiectus est, ex senatus consulto* fragm. Or. *fenestris* G. 30 L. m. 2. *e fenestris* A. J. *deiciam* L. G. *adspiraverunt* Dusa. *adspiraverant* cjJ. (pag. 289.) Dusa. *det rursus* G. L. *detrusus* Merc. *deiectusque* Dusa. *usquam discedebam* Orell. *deduc orationem* G. b. B. probMerc. cf. p. 85, 19. *deduc, oro, rationem* cjPatric. impr. Mai. *Virg.* cf. p. 528, 5. *XXVII.* 10 G. L. *illuc* A. Dusa. J. *illo* mgJ. *ab armis te rec.* A. J. *det rec.* mgJ. *ab armis stet rec.* cjPalm. p. 161. *deducta tunc* Ms.Fabri, Dusa. L. m. 1. *deducta ad hunc* cjGuil. 2. 1. Palm. p. 151. cf. p. 303, 18. *voce leo* B. G. L. Vulg. *et infinitam* mgJ. *sed ex* fragm. Or. *VI.* *defer* A. *et persequi* Dusa. 20 *XXVIII.* G. L. *ab lenone* A. *ut tr.* vel 30 *qui tr.* cjFrut. *ad len. v. facio destinet* vel

Destinare dicitur parare. Destinare, emere. Lucilius lib. xxviii: *facio, ad lenonem venio, tribus in libertatem milibus Destiner.*

Docere significat disciplinam vel artem quampiam magisterio dare. Virg. Aen. lib. v: *docuit post exitus ingens.* (p. 290.) Docere, dicere. Lucilius lib. xxviiii: *at non sunt similes, neque dant; quid sint dare vellent, Acciperisne, doce.*

Diligere manifestam habet significationem, ut plerumque. Diligit, dividit. Plautus in Curculione: *clipeatus elegantum ubi macera diligit.* Titinius Proelia: *pernam totam diligit.*

Dextrum dicitur dextrae partis. Virg. lib. v: *quo tantum mihi dexter abis?* Dextrum dicitur felix, propitium. Virg. Aen. lib. viii: *et nos et tua dexter adi pede sacra secundo;* mollissimaquam multorum.

Deprecor, amolior, depello, propulso. M. Tullius de Re publica lib. vi: *non modo invidia pari non erant, sed etiam Claudi invidiam Gracci caritas deprecabatur.* Ennius eripiteo: *cui nunc erumna mea libertate para, Quibus servitutem meam miseria deprecor.*

Divortium est rerum omnium separatio. Cicero de Oratore lib. iii: *sic e communi sapientiae iugo sunt doctrinarum facta divortia.* Divortium, flexus de via, a divertendo. Virg. lib. viiii: *obiciunt equites sese ad divortia nota.*

INCIPIT PER E. LITTERAM.

Exigere, vi extorquere. M. Tullius in Divinatione: *et cum esset tritici modius sestertiis duobus, pro frumento in modios singulos duodenos sestertios exegisse.* Exigere, inquirere, verum perdiscere. Virg. Aen. lib. i: *quaerere constituit sociisque exacta referre.* Exigere est excludere. Plautus in Aulularia: *itaque omnis exigit foras.* Terentius (p. 291.) in Andria: *spectandae an exigendae sint vobis prius.* Afranius Fratris: *retinebitur vir ut voluntate una probabili, pregnatem quod non exigat.* Naevius Danae: *indigne exigor patria innocens.* M. Tullius in Filippicis lib. ii: *claves ademit, forasque exegit.* Lucilius lib. xxvi: *vestimentis frigus atque horrorem exacturum putet.* Exigere, debitum repetere. M. Tullius Epistola ad Cassium: *sed non urgeo; longiores enim spectabo vel potius exigam. Quando hercle ego temere exigam.* Exigere, facere, co-

destino Acid. ap. Grut. VI. p. 177. *destinet* A. Dusa. *destines* al. ap. Dusa. *aut nisi* (pag. 290.) mgJ. *quid si* Merc. *quod si* cj Gerlach. *acciperes ne* Ms. Fabri, *dirigere* et ubique *dirigit* cjSalmas. ad Solin. p. 1191. *dirigere, dissecare, diffindere* Rost. Opusc. Plaut. p. 122. *disiicere* et Cic. p. t. locum cjNeuk. ex 1511. *dissicit* Plaut. *eligantium ibi* B. *elephantum* Vulg. *moll. mult.* om. G. 483. A. *mollissima quam multorum* L. *multaque similia multorum* cjMerc. *Lib. VI.* cf. Gell. 6, 16, 11. *Claudii* A. Mai. *erepiteo* G. L. *Erechtheo: quibu' nunc* cjMuret. V. L. 13, 19. Columu. cf. Gell. 6, 19, 9. *Erechtheo: cui nunc* v. c. Ursini. *Eripite o cives quibus nunc* cjJ. *libertatem paro* cjJ. *mea miseria* cjMur. J. *libro* addunt G. L. cf. 458, 19. *duodenis* B. *retinebitur* cf. Turn. 29, 27. *viri haec* Bothe. *viri ex* (pag. 291.) Neuk. cfr. p. 402, 21. *unica prob.* Bothe. Neuk. *ret. uxor vol. viri prob.* cjGrlch. *praegnantem* Vulg. *forasque* om. Or. *putat* Dusa.

gere. Virg. Aen. lib. II: *quos improba ventris Exegit caecos rabies.* Exigere significat agere. Plautus Captivis: *salve Tymdare. Et tu, cuius causa hanc erumnam exigo.* Virg. Aen. lib. I: *omnis ut tecum meritis pro talibus annos Exigat.* Terentius in Hecyra: *illique exopto, ut reliquam vitam exigat.* Lucilius lib. XXVIIII: *cum cognoveris, vitam sine cura exigas.* Exigere, definire, constituere. Virg. Aen. lib. IIII: *decrevitque mori, tempus secum ipsa modumque Exigit.* Exactum, transcursum, praeteritum. Virg. Georgicorum lib. III: *at, tribus exactis, ubi quarta acceperit aestas.* Et in eodem: *exactis gravidae cum mensibus errant.*

Elidere est secundum consuetudinem deicere. Elidere etiam excludere significat. Virg. lib. VIII: *elisos oculos et siccum sanguine guttur.* Plautus in Rudente: *iube oculos elidere, idem ut sepius faciunt coqui.* Lucilius Satyrarum lib. II: *iniuriatum hunc in fauces invasse animamque Elisisse illi.* Elidere, suffocare vel occidere. Virg. lib. VIII: *geminasque premens eliserit angues.*

Exanclare significat ex- (p. 292.) haurire. Plautus in Sticho: *ne iste edepol vinum poculo plautus illulo: Saepe exanclavit merum scitissime.* Exanclari, perfici. Pacuvius Periboea: *non potest, Menalippe, hic sine tua opera exanclari clavos.* Exanclare etiam significat perpeti. Ennius Andromache: *malo torquentis cum erumnis illum exanclavi diem.* Accius Diomede: *fere exanclavimus Tyranni seum ingenium atque execrabilem.* Idem Amfitryone: *pertolerarem vitam cladesque Exanclarem inpetibilis.* Lucilius lib. XXX: *quantas, quoque modo erumnas, quantosque labores Exanclaris.* Exanclare, effundere. Ennius Eumenidibus: *nisi patrem Materno sanguine exanclando ulciscerem.*

Eliminare est exire. Ennius Medea exule: *antiqua edilis fida custos corporis, Quid sit extra aedis examinata eliminat?* Accius Foenissis: *egredere, exi, ecfer te, elimina urbe.* Idem Meleagro: *timide eliminor clamore, simul agnota vox ad auris accivit.* Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν: *occipitium arivo deo*

10 *exspectabo* Orell. *XXVIII cum* A. Dusa. 20 *accesserit* vulg. *acceperit* Virgilii Cod. Rom. et Hey. Forb. *iube oculos iam ut saepius faciunt ut coqui* B. *itidem ut saepiis* cj V. D. lib. var. lect. 1583. *impuratum* cj 30 Merc. Muret. V. L. 18, 14. *In viriatum hunc* Scal. ad Fest. p. 199. *inviriatum* ms. Palat. probGebh. p. 62. *invasisse* cjJ. *involasse* A. J. *angues elidere* 282, 18. A. (pag. 292.) *poculo pauxillulo saepe exanclavit* Vulg. *summerum* B. *sub merum* Plaut. probMerc. *non potest melan ipse inc. sine* B. *clavus* Turn. 29, 17. *labos* cj Lips. V. L. 2, 28. prMerc. *torquantis* G. *andromache molotto: quantis cum* cjMerc. Voss. *Andromache aechmalotide: quantis* cjRoth. cfr. p. 515, 13. *aerumnas illum exanclari eum diem* B. *Feri* cjGuil. 1, 21. *tyranni saevum* Vulg. *Plautus Amph.* cjColumna p. 452. cf. Pl. Amph. 4, 3, 20. 21. *Enn. Amph.* cjJ. *impatibiles* A. Miller. *quantasque modo* A. Dusa. J. *Quantos quotque modo* cjJDusa. *quantus quoque modo* v. c. Dusae, mgJ. *ulciscerer* A. 583. Düntz. qui comp. Aesch. Eum. 467. cf. Scalig. p. 134. conj. p. 69. *exule* cf. 39, 3. *aedilis* 583. *herilis* Ms. Fabri. *quid sic te .... exanim.* M. *exanimata* om. B. *sic extra* B. A. Elmsl. *eliminas?* Ms. Fabri. *effer te ex urbe, elimina* Scal. conj. p. 75. cfr. Quintil. 8, 3. *ecfer* mgJ.

ostendo, ex oraclo elimino me. Eliminare rursum excludere. Pacuvius Duloreste: *ubi ille est? me miseram, quoniam clamor eliminat.* Pomponius Concla: *vos istic manet, eliminabo extra aedis coniugem.*

Elidere, collidere. Virg. Aen. lib. III: *ter spumam elisam et rorantia vidimus astra.* Cicero Tusculanarum lib. V: *qui rebus his fractus aegritudine eliditur, potest tandem esse non miser?* Elidere, deicere. M. Tullius de Re publica lib. II: *ut auriga indoctus e curru trahitur, operitur, laniatur, eliditur.*

(p. 293.) Evadere, exire, tendere. Terentius Formione: *sic inquam? quo evadat, vide.* Lucilius lib. XXVI: *evadat saltem aliquid aliqua, quod conatus sum.* Plautus in Asinaria: *demiror, quid sit, et quo evadat, sum in metu.* Evadere, fieri, praeduci. M. Tullius Filippicarum lib. II: *an verebare, ne non putaremus natura te potuisse non improbum evadere?*

Excipere est seiungere, separare. Virg. lib. VIIII: *ipsum illum, clipeum cristasque rubentis Excipiam sorti.* Excipere, excusare vel celare. Plautus in Aulularia: *nec partem tibi Adeo, cuivis, indipiscis, neque furem excipias?* Excipere est suscipere. Virg. Aen. lib. III: *heu, quis te casus, deiectam coniuge tanto, Excipit?* M. Tullius in Verrem de Suppliciis: *filiorum suorum postremum spiritum ore excipere liceret.* Excipit, opprimit vel circumvenit. Virg. Aen. lib. III: *et scelerum furiis agitatus, Orestes Excipit incautum.* M. Tullius ad Pompeium lib. IIII: *quod si est, non modo iter meum interclusum, sed ne ipsum plane exceptum putabat.* Et rursum: *admoniti sumus, ut caveremus, ne exciperemur a Caesare.* Excipere rursum extrahere. M. Tullius de Re publica lib. IIII: *quos insepultos reliquissent eos, quos e mari propter vim tempestatis excipere non potuissent, innocentes necaverint.* Virg. in Bucolicis: *non ego te vidi Damonis, pessime, caprum Excipere insidiis?* Excipere, manere, habere. Virg. Aen. lib. IIII: *ergo ipsas quamvis angusti terminus aevi Excipiat.* Excipere, captare. Cicero de Oratore lib. II: *quaedam dari exacuta ad pertractandos animos hominum et ad excipiendas eorum voluntates.*

Evadere est liberari. Sal- (p. 294.)

PROMITTERE est polliceri. Virg. Aen. lib. II: *promisi ultorem, et verbis odia aspera movi.* M. Tullius ad Caesarem iuniorem: *promissa tua memoria teneas.* Promittere etiam significat ad magnitudinem nutrire. Plautus Rudente: *capillum promittam, optimum est, incipiantque ariolari.* Virg. Aen. lib. III: *promissaque barba.* Varro Modio: *quod tum erant in Grecia coma promissa, rasa barba, pallia trahentes.*

PROTELARE est percutere, perturbare. Terentius in Formione: *ne te* (p. 363.) *iratus suis saevidicis dictis protelet.* Sisenna Historiarum lib. III: *Romanos impetu suo protelant, prolectus persecuntur.* Protelare rursus adiuvare. Lucilius Satyrarum lib. VI: *quem neque Lucanis oriundi montibus tauri Ducere protelo validis cervicibus possent.* Idem lib. XII: *hunc iuga mulorum protelo ducere centum Non possunt.* Cato Originum lib. V: *sed protelo trini boves unum aratrum ducent.* Varro Cato, vel de liberis educandis: *remotissimum ad discendum formido ac nimis timor et omnis pertur-*

(pag. 362.) cf. p. 278, 28. *voluptates* Editt. *fors* cf. Scal. p. 121. *ulli vita* Scal. p. 67. *vita ulli* Gif. *illi* W. *vita est ulli pr. in v.* Lips. ep. q. 4, 24. *nil* Dusa. Turn. 30, 9. *ea* vulg. *et nunc populo* lib. Vat. *ullam addiceret* ante M. *ullam queat dicere* cod. Urbinas. *Di tibi* Neuk. *quaecunque* om. 476. 483. 511. *cum sciam* cf. Turn. 29, 9. Guil. 2, 10. *datum esse* (priore *esse* om.) J. Guil. *datum. Praev. est praet.* cjRoth. *eurum* Rutgers. Ed. Heyne. *inclamat Alcumena iam .. afficit ..* Plaut. *inflamar .. affil ebelis praevertitur* W, L. m. 2. *metus, ocius occurro, ut sciscam .. occipiamque* Miller. *immissaque barba* Virg. Eclog. 8, 34. aut Aen. 3, 593. cf. p. 330, 5. *qui tum .. pallia* Turn. 28, 13. Popma. *qui tum .. barba rasa, pallam tr.* Turn. 30, 29. *protelatos* cjMerc. Ursin. *prolectos* (pag. 363.) J. *proiectos* cjJ. Popma. *adiuvare* probSalm. p. 1319. *adiugare* cjCuiac. Nic. Faber ap. M. 1. *montibu' .. cervicibu'* Scal. app. conj. p. 72. Cat. p. 505. *docendum .. ac nimius*

batio animi; contra delectatio protelo ad discendunt. Protelare etiam excludere. Turpilius Lemnis: *propter peccatum pausillulum indignissime Patria protelatum esse sevitia patris.* Sisenna Hist. lib. IIII: *duae cohortes de subsidio procedunt atque equites protelant.*

Prodere significat deferre. Virg. Aen. lib. II: *prodere voce sua quemquam, aut opponere morti.* Prodere rursus differre vel excludere. Virg. Aen. lib. I: *nos tua progenies, caeli quibus annuis arcem, Navibus infandum! amissis, unius ob iram Prodimur atque Italis longe disiungimur oris.* Lucilius Satyrarum lib. V: *possisne elabi, an prodenda dies sit.* Terentius in Andria: *aut aliquod saltem nuptis prodeat dies.* Prodere etiam protendere vel edere. Virg. Aen. lib. IIII: *Italiam regeret, genus alto a sanguine Teucri Proderet.* M. Tullius de Suppliciis in Verrem: *ius imaginis ad memoriam posteritatemque prodendam.* Et de Senectute: *non accipere modo haec a maioribus voluerunt, sed etiam posteris prodere.*

(p. 364.) Periculum est salutis discrimen. Virg. Aen. lib. III: *obscenamque famem; quae prima pericula vito?* Lucilius lib. XXVIIII: *adde alios omnes meo periculo ex ordine.* Periculum, experimentum. Sisenna Historiarum lib. IIII: *periclitantur tormenta ac tela multaque genera machinamentorum.* M. Tullius de Re publica lib. III: *sed ut ipsi seu animum periclitentur sum vident, quid se putent esse facturos.* Terentius in Eunucho: *fac periculum in litteris.* M. Tullius de Deorum natura lib. II: *sicut ex quibusdam stirpibus et herbis, quorum utilitatis longinqui temporis usu et periclitatione percepimus.* Lucilius lib. XXVIIII: *cuius si in periculo feceris periculum.* Plautus in Amfitryone: *verum periclitatus sum animum tuum.* Sallustius in Catilinae bello: *tunc vero periculo atque negotiis compertum est.* Periculosum, maius et vehemens. M. Tullius de Officiis lib. I: *gravioribus autem morbis periculo curationes et ancipitis adigere coguntur.*

Pressum, subtile. M. Tullius in Hortensio: *quis te autem est aut fuit umquam in partiundis rebus, in definiendis, in explicandis pressior?* Pressum, onustum, gravatum. Virg. Georg. lib. I: *ceu pressae cum iam portum tetigere carinae, Puppibus.* Premere, defodere. Virg. lib. X: *sulcumquae sivi premat ipsa carina.* Premere, claudere. Virg. lib. VIIII: *pressive oculos, aut vulnera lavi, Veste tegens.* Premere, insequi, fugare. Virg.

Popma. *formido, nimius* Scal. *protelo* i. e. adiumento Gif. p. 388. *pro telo* cjSalm. ad Solin. p. 1319. *protelum* Scal. app. conj. p. 122. *pauxillum* cjMunck. ad Fulg. p. 159. J. Gothofr. *paratum pauxilium* ms. Pal. *pr. patratum pauxillulum* cjGebh. p. 52. *possitne . .* 20 *an porro prodenda d. s.* Dusa e Donato 30 ad Andr. 2, 2. *ius imag.* cf. p. 541, 24. *quae prima* cfr. p. 357, 4. *pe-* (pag. 364.) *riclo* Dusa. *ipsi suum* cjMerc. *periclitantur seu vident* Mai. Or. *tum videant* cjMerc. *litteris* 10 cf. p. 219, 21. *utilitates* Orell. *tum demum per.* Sal. *adire* B. G. *periculosas . . adhibere* Cic. 20 Off. 1, 24. *te aut est* cjKlotz. ad Cic. Oratt. II. p. 656. *aut est* fragm. Or. *explanandis* A. Goth. J. fragm. *que sibi* Vulg. cfr. p. 435, 5.

Aen. lib. I: *hac fugerent Grai, premeret Troiana iuventus.* Premere, urgere. Virg. Georg. lib. III: *ingentem clamore* (p. 365.) *premes ad retia cervum.* Et lib. VI: *Faunique premunt te iussa parentis.* Premere significat inniti cum pondere. Virg. Georg. lib. IIII: *et spumantia cogere pressis Mella favis.* Idem lib. X: *et levo pressit pede, talia fatus Exanimum, rapiens immania pondera baltei.* Premere rursum refrenare vel cohibere. Virg. Aen. lib. I: *imperio premit, et vinclis et carcere frenat.* Idem: *et premere et laxas sciret dare iussus habenas.* Idem lib. VIII: *sic memorat vocemque premit.* Premere, tegere. Virg. lib. VIIII: *canitiem galea premimus.* Et lib. XI: *quos Simois premat ille viros.* Varro Modio: *capitis corona vaccitis livei face ut labore flatili viridis premit.* Premere etiam removere vel excindere. Virg. Georg. lib. I: *et ruris opaci Falce premes umbram.* Premere, occidere. Virg. lib. VIIII: *armigerumque Remi premit.* Premere, adversari. Virg. lib. X: *numina nulla premunt, mortali urguemur ab hoste Mortales.* Premere, calcare. Virg. Aen. lib. II: *veluti qui sentibus anguem Pressit humi nitens.* Premere, deponere. Virg. Georg. lib. II: *quod superest, quaecumque premes virgulta per agros.*

Pretium, poenae exitum. Livius Achille: *si malas imitabo, tum pretium pro noxa dabit.* Pretium dicitur, quod re empta datur. Virg. Aen. lib. IIII: *urbem Exiguam pretio posuit.* Terentius in Eunucho: *pretium sperans ilico Producit, vendit.* M. Tullius Verrinarum actione II: *et parentis pretium pro sepultura liberum posceret.* Lucilius lib. XXVIII: *nec par vocat ullo pretio.* Pretium pro praemio. Sallu- (p. 366.) stius in Iugurthae bello: *vicit tamen in senatu pars illa, quae vero pretium aut gratiam anteferebat.* Nevius Danae: *quin ut quisque est meritus, praesens pretium pro factis ferat.* Terentius in Andria: *quod habui summum, pretium persolvi tibi.* Virg. lib. V: *et palmae, pretium victoribus.* Lucilius lib. XXX: *cuius vultu ac facie, ludis ac sermonibus nostris Virginis hoc pretium, atque hunc reddimus honorem.*

Patibulum est crux. Sallustius Historiarum lib. IIII: *in quis notissimus quisque et malo deperdens verberabatur, aut inmutilato corpore improbi patibulo eminens affigebatur.* Patibulum sera, qua ostia obcluduntur, quod hac remota

(pag. 365.) *ac vinclis* Virg. *prem. regere* Vulg. 583. *coronae v. liveis face ut languore fl. v. premat* Popma. *corona e Bacchicis liveis Faciem labore fl. v. premat* cjPopma. *fasciis tiligneis Faciem labore* cjScal. Cat. p. 255. 272. 366. *sentibus* cf. p. 333, 16. *quod super.* cf. p. 148, 22. *malos* pr. 471. 476. 511. J. *imitabor* pr. 471. 476. 511. *tu pret... dabis* J. 583. cf. 473, 21. *parvo catullio* vel *catillo pretio* cjM. 1. *parvo catullo pretio* G. B. recte Gerlach. *n. provocat ullo Me pr.* cjJDusa. al. *vacat* mgJ. *prae se sibi* mgJ. *quod hab.* cf. p. 517, (p. 366.) 25. *Virg.* cf. p. 520, 23. *reddamus* Dusa. *iniquus notissimus* cjV. D. *aut malo dependens* Editt. *in proris p.* cjLips. ant. lect. 2, 4. probGerlach. *eminus affig.* b. *quispiam* Steph. cf. p. 217, 20. *q. et hodie* G. B. *si q. hic hodie pr.* cjHerm. *hanc p. n. p. patib. h. ei c. d.* Herm. op. V. p. 268. *Virg.* cf. p. 348, 10.

valvae pateant. Titinius Fullonibus: *si quisquam hodie praeter hanc posticum nostrum pepulerit, Patibulo hoc ei caput defringam.*

Petere significat poscere. Virg. Aen. lib. viii: *mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem, Qui petat auxilium.* Lucilius lib. xxvi: *ferri tantum si roget me, non dem, quantum auri petit.* Petere. Virg. lib. viii: *quid causas petis ex alto?* Petere, percutere, ferire. Virg. in Bucolicis: *iam cornu petat et pedibus qui spargat harenam.* Petere, appetere. Virg. lib. viii: *notumque petivit Coniugis infusus gremio per membra soporem.* Petere, sequi. Virg. lib. v: *quem petit, et summis annixus viribus urget.* Lucilius lib. xxvii: *rerum expliratorum mittam, miserum mendicum petam.* Petere, abducere. Virg. lib. vi: *Tartareum ille manu custodem in vincla petivit.* (p.367.) Petere, inquirere. Virg. lib. viii: *Euandrum petimus.* Petere, eligere. Virg. Georg. lib. iiii: *principio sedes apibus statioque petenda.* Petere, obtinere. Virg. Aen. lib. i: *quae proxima, litora cursu Contendunt petere.* Petere, manere, expectare. Virg. lib. viiii: *Troianos haec monstra petunt.* Petere, cupere, appetere. Virg. Georg. lib. iiii: *pulchramque petunt per vulnera mortem.* Lucilius lib. xxvi: *sin autem hoc vident, bona semper petere sapientem et putant.* Petere, tenere. Virg. Aen. lib. iii: *summissi petimus terram, et vox fertur ad aures.*

Propter significat eius causa. Virg. Aen. lib. iiii: *te propter Libycae gentes Nomadumque tyranni Odere.* Propter, alicuius rei causa. Varro Sesqulixe: *quod Minerva propter stetit, significare eum propter doctrinam.* Propter, iuxta. Virg. Georg. lib. iii: *et viridi in campo templum de marmore ponam Propter aquam. attestatas est fortuna, propter cuius aram mea hostia erat caesa.* Varro Cato, vel de liberis educandis: *id quod postea virum esse.* Terentius in Adelfis: *nimium stuc abisti; hic propter hunc assiste.* M. Tullius de Senectute: *sic adulescentia voluptates propter intuens magis fortasse laetatur; sed delectatur senectus procul aspiciens.* Idem de Re publica lib. i: *eum quoque ut salutavit, propter Tuberonem iussit assidere.* Varro Sesqulixe: *quod Minerva propter est et id significare eum propter doctrinam.* Idem Eumenidibus: *propter eam porticum situm erat dolium.* Sisenna Historiarum lib. iii: *partem cohortium propter mare collocat in litore.*

Ponere est deponere. Virg. (p. 368.) Aen. lib. i: *ponuntque ferocia Poeni*

Lucil. cf. p. 382, 32. *alto?* cf. p. 257, 20. *rem cum expilatore mittam* B. *rerum expilatorem* G, prob. Gerlach. *explicatorem* L. Dusa. *expiscatorem* cj Scal. *contend.* (pag. 367.) cf. p. 258, 18. 264, 9. *sapientem putant* Dusa. *auris* Virg. cf. p. 390, 2. *Et virid.* cf. p. 368, 6. *attestatus est fortunam .. ea hostia* Gif. p. 388. *adtestatas est forma* B. *ea host.* id. G. *idque p. verum esse* id. *Antestatus est fortunam, pr. c. a. ea h. e. caesa, id quod p. v. esse* Popma. *istuc* Editt. *eventus* B. *enetum magis* W. *cum quoque* Cic. *adsidere* G. Palimps. *cons. committere* B. G. *in eam etiam tum* W. (pag. 368.)

Corda, volente deo. Ponere, consumere, conterere. M. Tullius: *mirentur in ea me tantum operae et temporis ponere.* Ponere, constituere. Virg. in Georg. lib. III: *templum de marmore ponam.* Ponere, servare. Virg. in Georg. lib. III: *aut parco sale contingunt hiemique reponunt.* Idem et in Aen. lib. I: *manet alta mente repostum Iudicium Paridis.* Ponere, desinere. Virg. lib. VII: *cum venti posuere omnisque repente resedit Flatus.*

Pernix significat celer. Virg. Georg. lib. III: *talis et ipse iubam cervice effundit equina Coniugis adventu pernix Saturnus.* Lucilius lib. XXVII: *fuimus pernices, aeternum id vobis sperantes fore.* Pernix, perseverans. Virg. Georg. lib. III: *et inter Dura iacet pernix strato saxa cubili.*

Pullum est aetatis novellae. Virg. Georg. lib. III: *continuo pecoris generosi pullus in arvis.* Pullum, non album. Virg. Georg. lib. III: *ne maculis infuscet vellera pullis Nascentum.* Titus Livius: *vestis pulla, purpurea, ampla.* M. Tullius de Signis: *in hac officina partem diei cum tunica pulla et pallio solebat sedere.* Varro Sesqulixe: *ubi nitidi Efoebi, veste pulla candidi, Modeste amictus pascunt pectore.*

Plagae sunt verbera. Virg. Georg. lib. III: *plagisque perempto Tunsa per integram solvuntur viscera pellem.* M. Tullius de Suppliciis: *plagis confectum dico a lictoribus tuis P. R. ante oculos tuos concidisse.* Plagae, vul- (p. 369.) nera. Virg. lib. XII: *et venienti Ebyso plagamque ferenti Occupat os flammis.* Idem Georg. lib. III: *multa gemens ignominiam plagasque superbi Victoris.* M. Tullius de Suppliciis: *atque etiam ipsi adulescentes cum Sextio de plaga et de uno illo ictu loquebantur.* Plaga, spatium immensum. Virg. Aen. lib. I: *aetheria quos lapsa plaga Iovis ales aperto Turbabat caelo.* Varro Lege Maeniados adminianos admirantes *nos admirantes, quod sereno utinde Tenuisset, oculis caeci rimari plagas.* Plagae sunt et in retibus, quibus capta impli cantur. Virg. Aen. lib. IIII: *retia rara, plagae.* M. Tullius de Officiis lib. III: *suntne igitur insidiae, tendere plagas, etiam si excitaturus non sis?*

Putare, colligere, conferre. Plautus

mirenturque in ea t. me o. Orell. *ponam* cf. p. 367, 19. cfr. p. 349, 31. *effudit* Virg. *nobis* Vulg. cfr. Guil. 2, 10. *instrato* Editt. cfr. p. 444, 18. *pernix* libri Virg. Grammatici, Heyne, Voss, Jahn. *pernox* alii ap. Serv. probAld. Scal. Heins. Burm. Wagn. Forb. *officia* W. *s. s. et pallio* Klotz. *nitidae Phoebes* cjJ. *ubi nitidi Ephebi ..pascunt* (i. e. *gestant*) *pectore* Turn. 29, 28. *Ephebi* Popma. *ubi nunc ephebi* cjCanter. 3, 22. *ubi nitidei ephebi* cjPalm. p. 160. *v. puella* B. G. *veste pura* sive *paula ..modico et modesto amictu pascunt pectora* cjAcid. ap. Grut. VI. p. 20. *pascunt* i. e. *compescunt* Acid. Popma. *amicti pascunt pecora* cjPalm. probMerc. *pellem* cf. p. 268, 25. *tunsam per integra* B. *Civem Romanum* Orell. *Ebuso* (pag. 369.) p. 355, 8. *ipsi etiam a. e. S. suo* Klotz. *ad maeniandos* L. *deos ad Minianos ad.* cf. Turn. 29, 28. *sereno lumine ton.* cf. p. 382, 10. *ton.* Bentl. ad Hor. Od. 1. 34, 6. *lege Maenia: adm. quod intonuisset*: Jan. Anim. p. 270. *caeli* Editt. *ceti* G. *rimare* Popma. *virputatur* W. *carputatur* B. *itur* cor. J.

in Aulularia: *tur, putatur ratio cum argentario.* Putare dicitur purgare, rarefacere. Virg. Georg. lib. II: *finxitque putando.* Putare, aptare. Titinius Fullonibus: *da pensam lanam; qui non reddet tempori Putatam recte, facite ut multetur malo.* Putare, animo disputare. Virg. Aen. lib. VI: *multa putans, sortemque animo miseratus iniquam.* Ennius Thyeste: *ibi quid agat, secum cogitat, parat, putat.* Caecilius Exule: *non haec putas, non haec in corde versantur ti?* Plautus in Amfitryone: *quo id, malum, pacto potest? (nam meum argumentis putet.)* Putare, aestimare. Terentius in Andria: *recte putas.* M. Tullius in Epistolis ad Caesarem lib. I: *quod sapientis homines ac boni putant.* Lucilius lib. XXVIII: *perge amabo ac, si potes, face dignam me ut vobis putem.*

(p. 370.) Piare dicitur impiare, contaminare. Virg. lib. VI: *distulit in seram commissa piacula mortem.* Piare, expiare, purefacere. Virg. lib. VI: *duc nigras pecudes; ea prima piacula sunto.* Piare, condere, consecrare. Virg. lib. VI: *prodigiis acti caelestibus, ossa piabunt.*

Passum, perpessum. Virg. Aen. lib. I: *o passi graviora.* Passum dicitur genus liquoris, quod ex uva passa cogitur. Virg. in Georg. lib. II: *et passo psithia utilior.* Passum, dispersum, solutum. Virg. Aen. lib. I: *crinibus Iliades passis.* Terentius in Formione: *capillus passus, nudus pes, ipsa horrida.* Caecilius inaristosis: *heri vero prospexisse eum expassum domi.*

Parcere est veniam dare. Virg. lib. VI: *parcere subiectis, et debellare superbos.* Lucilius lib. XXX: *quanti vos faciant socii, comparcere possint.*

Passum, extensum, patens; unde et passus dicimus, quod gressibus mutuis pedes patescunt. Ennius Annalium lib. X: *aegro corde, comis, passis late palmis pater;* passis ait palmis, patentibus et extensis. Nevius Efigenia: *passo vel hoc vicinum aquilone hortum fer foras.*

Parcere, servare. Virg. lib. X: *argenti atque auri memoras quae multa talenta, Natis parce tuis.* Lucilius lib. XXVII: *parcat illi maius cui possint, cui fidem esse eximent.*

Pax significantiam habet notam. Virg. lib. VII: *pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.* Pax, venia. Virg. in Aen. lib. III: *sed votis precibusque iubent exposcere pacem.* Pax, propitiatio. Virg. Aen. lib. III: *exorat pa-* (p. 371.) *cem divum.*

Praestare, facere. M. Tullius de

20 *fingitque* Virg. cfr. p. 308, 20. 462, 7. *depensam .. putam r... multetur malo* Turn. 29, 28. 30, 9. *date pensam* Lips. ant. lect. 5, 15. *facito* Bothe. *faciem* cjLips. prob. Neuk. *cogitet* W. L. *mecum .. puta* Vulg. *putat* 30 G. B. *H... sapientes* Goth. Or. *Virg.* cf. (pag. 370.) p. 284, 15. *duc* cf. p. 245, 26. 10 436, 5. *Caecil.* cf. p. 198, 17. *Synaristosis* cjJ. in el. e Gellio. *aristoteris* B. *sociis ... possunt* cjJDusa. *comas passis palmis lacerantes* 20 cjMerula. *passo velo vicinum Aquilo in portum fert orias* cjMerc. *passo velo vicinam aquilone horiam fer foras* cjJ. *possit* L. G. *magis c. possint .. existiment* Dusa. *qui possint* cjFrut. *sed* cfr. 324, 7. *Exor.* 30 cf. p. 460, 15. *emptori damnum* (pag. 371.)

Officiis lib. III: *emptorem indemnem damno praestari oportere.* Praestare dicitur consuetudine beneficium dare. M. Tullius. Praestare, exhibere. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. I: *tu si meam fidem praestiteris, quod confido te esse facturum.* Et de Officiis lib. III: *nam, cum ex duode lingua nuncupata.* Praestare, antecellere. Virg. lib. XII: *o praestans animi iuvenis.* Sallustius in Catilinae bello: *omnis homines, qui sese student praestare.* Terentius Formione: *vir viro quid praestat?* M. Tullius in Verrem Siciliensi: *nimirum illi non ingenio solum his patronis, sed fortuna etiam praestiterunt.* Lucilius lib. XXVII: *si facies praestat, si corpore corpus.* M. Tullius de Officiis lib. II: *quid enim est, per deos immortalis! optabilius sapientia? quid praestabilius?* Et in Hortensio: *itaque nec in philosophia cuiquam cessit et vitae gravitate praestitit.* Varro Quinquatrubus: *an hoc praestat Herofilius Diogene?* Praestat, utile est. Virg. Aen. lib. III: *praestat Trinacri metas lustrare Pachyni.* Lucilius lib. XXX: *uti pecudem tu, asinumque ut denique nasci Praestiterit.* M. Tullius de Senectute: *ne vos quidem Titi Ponti centurini viris habetis: num idcirco est ille praestantior?*

PIUM dicitur religiosum. Virg. in Georg. lib. III: *di meliora piis.* Pium, castum. Virg. lib. VI: *quique pii vatis.*

PRAECIPERE est iubere vel monere. Virg. lib. XI: *ipsi numerumque* (p. 372.) *modumque carinis Praecipiant.* Et lib. VIIII: *namque ita discedens praeceperat optimus armis Aeneas.* Terentius in Adelfis: *nam quid tu hic agas, Ubi, si quid bene praecipias, nemo obtemperet?* Lucilius lib. XXVI: *porro amici est bene praecipere, tueri, bene praedicare.* M. Tullius de Officiis lib. III: *nec omnino quicquam de eo genere praecipiendum fuisset.* In Hortensio: *praecipiunt haec isti, set facit nemo.* Praecipere, praevenire. Virg. lib. XI: *exultatque animis, et spe iam praecipit hostem.* Et lib. VI: *omnia praecepi atque animo mecum ante peregi.*

PULSATUM significat percussum. Virg. lib. VI: *pulsatusve parens, aut fraus innexa clienti.* M. Tullius de Suppliciis: *lictores circumsistunt valentissimi, et ad pulsandos verberandosque homines exercitatissimi.* Pulsatum, violatum. Virg. lib. XII: *pulsatos referens infecto federe divos.*

PRODUCERE dicitur longius ducere. Virg. Aen. lib. II: *abnegat excisa vitam producere Troia.* Lucilius lib. XXVIII: *et si retinere hunc voles, si longius te producturum et diutius.* M. Tullius de Senectute: *conviviumque vicinorum cotidie conpleto, quod ad multam noctem, quam maxume possumus, vario sermone producimus.* Varro Onos lyras: *valete,*

praestari op. Cic. Or. *ex duodecim tabulis* 10 *satis esset ea praestari quae essent lingua nuncupata* Orell. *itaque* om. W. *est enim, p.* 20 *d., opt...praestantius* Or. *Diogenes* J. *Herophilus* διογενὴς mgJ. *te, ut d. nasci Pr. asinum* Guil. 2, 1. *titi pontificem turini viri* G. B. *Ponti centurionis viris* Klotz. *Tusci est* cjMerc. *praedicere* cj. idem. *isti* (pag. 372.) *sed facit* cjMerc. *isti?* Or. *hoc isti:* fragm. 10 Cic. *quotidie compleo* Klotz. *Valete meque* 20

et me palmulis producite. Producere, prosequi. Virg. lib. VIIII: *nec te tua funera mater Produxi.* Producere, instituere. Terentius in Adelfis: *seni animam primum extinguerem ipsi, qui illud produxit scelus.* Lucilius lib. XXVI: *du-* (p. 373.) *cunt uxores, producunt quibus haec faciant liberos.* Producere, deducere. Terentius in Adelfis: *o, quin egomet produxi.* Producere, foras ducere. Terentius Heautontimorumenon: *produxi ac vendidi.* M. Tullius in Verrem in Frumentaria: *quid opus est Lollio? nemo tuorum amicorum, nemo abs te productus, nemo interrogatus.* Lucilius lib. XXX: *producunt me ad te, tibi me haec ostendere cogunt.*

PROLUVIES et illuvies significantiam habent parem: est inmunditia. Virg. Aen. lib. III: *fedissima ventris Proluvies.* Et: *respicimus. Dira illuvies.* Terentius in Heautont.: *pannis obsita, Neglecta, immunda illuvie.* Proluvium, profusio. Terentius in Adelfis: *quod proluvium? haec subito largitas?*

PROIECTUM dicitur dimissum, derelictum. Virg. lib. VI: *proice tela manu.* Virg. in Bucolicis: *non ego vos posthac, viridi proiectus in antro.* Proiectum, longe iactum, extensum. M. Tullius de Signis: *sed quod erat eius modi loco atque ita proiecta in altum.* Virg. Aen. lib. III: *proiectaque saxa Pachyni Radimus.* M. Tullius de Re publica lib. II: *iustitia foras expectat, et proiecta tota est atque eminet.* Et de Oratore lib. III: *brachium procerius proiectum, quasi quoddam telum orationis.* Proiectum, subtractum. M. Tullius in Filippicis lib. III: *quid? hoc S. C. facit clam te ex urbe proieceris?*

PRAESTRINGERE, obtenebrare. Plautus in Milite glorioso: *praestringat oculorum aciem in acie hostibus.* Praestringere, attingere. M. Tullius de Signis: *ignoscite! rei magnitudo ne* (p. 374.) *breviter praestringere atrocitatem criminis non sinit.* Praestringere, radere. M. Tullius in Filippicis lib. II: *cuius quidem vomere portam Capuae pene praestrinxisti.*

POSCERE, accipere. Varro Parmenone: *in quibus partibus; in argumentis Caecilius poscit palmam, in ethesin Terentius, in sermonibus Plautus.* Poscere significat petere. Virg. lib. XII: *poscit equos gaudetque tuens ante ora frementis.* Plautus in Aulularia: *ubi, si quid poscas, usque ad rabim poscam prius.* Varro Gnoti seauton: *non subsiliis ac*

30 Scal. Cat. p. 233. Popma. *nec tua fun.* (p. 373.) G. B. b. *duc.* cf. p. 560, 23. *faciunt* B. *nemo hoc nescit, nemo t. a.* Klotz. *tibi-* 10 *que haec* cjJDusa. *illuvies* cf. p. 125, 30. 130, 9. 330, 5. *proluvies profusio* G. L. B. b. cf. p. 493, 16. *quae haec* 483. Vulg. 20 *de rep. lib. iii.* cjMerc. locum omittunt Vat. omnes. *foras spectat* G. B. recte Gerlach. Locus e Philippicis laudatus hodie apud Ciceronem nusquam reperitur. *quod hoc sunt.* *facit* B. *si cum fascibus clam* cjMerc. *quid? hoc S. C. fecit, ut clam te ex urbe* 30 *proiceres?* cjRoth. *perstrinxisti* Orell. (p. 374.) *in quib.* cfr. Iac. Nicol. misc. epiph. 8, 9. Turn. 29, 28. *in pathesi Caecilius* cjNic. Loensis, falso Gerl. *ethesi* Popma. *poscans* 10 *prius* L. cf. p. 164, 16. *non subsiliis applaudes et ab aratro p. aratricam* Turn. 29, 28. *subsilies* mgJ. cjM. 1. cf. p. 135, 28. *non subsilis ac plaudis . . poscis* Popma. *astrictam*

plaudes, et ab Arato posces astricam coronam? Poscere, provocare. Virg. lib. VIII: *aut acrem dubites in praelia poscere Turnum.* M. Tullius prima secundae actionis in Verrem: *poscunt maioribus poculis.* Poscere, adversari. Virg. lib. V: *equidem sic poscere ventos Iamdudum et frustra cerno te tendere contra.*

Proferre, palam facere. Lucilius lib. XXVII: *proferat ergo Iam vester ordo scelera, quae in se admiserit.* Proferre, protendere. M. Tullius de Re publica lib. III: *sapientia iubet proferre opes, amplificare divitias.*

Penetrare, cum vi ingredi, sicuti plerumque. Penetrare, exire, proripere. Plautus Trinummo: *quo illic homo foras se penetravit aedibus?*

Pariter, ex aequo. Novius Decuma: *quod profanari modo, si tris menses im in ede, ut pariter dispertiam.* Afranius (p. 375.) Abducta: *dispartiantur patris bona.* Pariter, convenienter. Titinius Praelia: *ne tu istum edepol media extulisti, pariter ut dignus fuit.* Pariter, similiter. Afranius Homine: *tibi In utraque parte pollet et pariter potest.* Pacuvius Nitra: *pariter te esse erga illum video, ut illum te erga scio.* Plautus Aulularia: *his ex se hunc reliquit, qui hic habitat, filium, Pariter moratum, ut pater atque avus eius fuit.*

Posterius dicitur tardius vel secundo. Posterius, minus. Plautus in Asinaria: *posterius istuc dicis, quam credo tibi.*

Postulare intellegitur apertissime quam habeat significantiam, ut est poscere. Terentius in Andria: *alios mores postulat. Dehinc postulo, ut nihil sit morae.* Postulare, velle. Plautus in Asinaria: *ubi opem Pietatem, si istuc more moratam tibi Postulem placere martem tibi quo pacto praecipis?* Idem Aulularia: *nam qui eri ex sententia servire servus postulat.*

Paret, obsequitur. Virg. lib. I: *paret Amor dictis carae genetricis.* Paret, videtur, ostenditur. Virg. lib. X: *cui pecudum fibrae, caeli cui sidera parent.*

Portenta dicuntur, quae aliquid portendunt, ut saepe. Portenta, inania quaedam et irridenda. Cicero Tusculanarum lib. I: *aut quid negoti est haec poetarum et pictorum portenta convincere?*

Protinus ubicumque lectum est, contra usum intellectus communis, quo statim significare creditur, positum invenitur, ut sit p r o t i n u s porro ac sine intermissione, continuo, quod iunctum t e n u s eius significantiam confirmat adverbii. Virgilius namque in quo- (p.376.) cumque loco protenus posuit, sub hoc sensu intellegendum reliquit. Et quoniam nonnulli veterum pro eo, quod pro-

J. 383. *asticam* cjM. 1. *a theatro p.* cjM. 1. *proelia* L. cf. p. 241, 8. *ordo quae in se adm.* B. *scel. in sese vest. qui adm. ordo* cj JDusa. *iubet augere o., a. d., proferre finis* Palimps. Mai. *foras se* Editt. *Naevius* Vulg. J. *profanarim oro ... menses uni cedo* mgJ. *prophana in domo* cjMerc. *mense simine de* G. *sim* om. J. 383. *pariter. Par.* (pag. 375.) Editt. *Nae* Neuk. Herm. *inedia exercuisti* cjHerm. Op. 5. p. 272. *Afran. omnem tibi* B. *Nyptra* Editt. *is qui hic nunc* Miller. *ubi piem* Plaut. cf. p. 151, 13. *martem tibi quoque* B. *istuc memoratam* W. L. *placere mater tibi* J. vulg. *sine int. continua coniunctum* B.

tinus est, protinam vel protenis converterunt, exempla de his necessaria decerpenda sunt. Afranius Epistola: *comissatum protenis recta domum digredimur.* Plautus in Astrava: *dare pedibus protinam sese ab his regionibus.* Idem Curculione, praepositione addita: *ostium ubi prospexi, exinde me ilico protenam dedi;* quasi in longam fugam. Nevius in Colace: *ubi vidi, exanimabiliter timedus pedibus protinam Me dedi;* id est, pedibus longius fugi. Varro etiam de lingua Latina lib. vii: *vel protinam vel protinus continuatione vel praeteritae vel futurae longitudinis* dicit: et tamen quoniam, ut mihi videtur, potest eius adverbii enuntiatio varia, significantia eius mutata pro locis exemplis testibus designanda est. Protinus insequenter, deinceps. Virg. in Georg. lib. iii: *protinus aerii mellis caelestia dona Exsequar.* Et: *protinus Antaeum et Lucam, prima agmina Turni, Persequitur.* Et: *protinus Orsilochum et Buten, duo maxuma Teucrum Corpora.* Et: *protinus aerias Faeacum abscondimus arces.* Protinus, iugiter et continue. Sisenna Historiarum lib. i: *nocte consumpta postero die per incertas vias Eserniam, inde Romam protinus profugerant.* Idem lib. iiii: *castra de panie convertit in montes, ut crebro ferculis protinus procedundo posset intra fines Aesculapiorum pervenire.* Tubero Historiarum lib. i: *si quod a parentibus acceptum protinus antiquae memoriae tradiderunt.* Virg. lib. xii: *huic frater subit Alcanor, fratremque ruentem Sustentat* (p. 377.) *dextra; traiecto missa lacerto Protinus hasta fugit, servatque cruenta tenorem.* Idem: *mos erat Hesperio in Latio, quem protinus urbes Albanae coluere sacrum.* Et lib. iii. Aen.: *haec loca, vi quondam et vasta convulsa ruina (Tantum aevi longinqua valet mutare vetustas) Dissiluisse ferunt, cum protinus utraque tellus Una foret.* Et lib. viiii: *felix, si protinus illum Aequasset nocti ludum in lucemque tulisset.* Protinus, statim. Virg. Aen. lib. iii: *protinus ad regem cursum detorquet Iarbam.* Protinus, longe, porro. Virg. lib. vii: *cornuque recurvo Tartaream intendit vocem, qua protinus omne Intremuit nemus, et silvae insonuere profundae.* Idem Virg. lib. viii: *nam memini Hesione visentem regna sororis Laomedantiadem Priamum, Salamina petentem, Protinus Arcadiae gelidos invisere finis.* Protenus, valde. Virg. in Bucolicis: *en ipse capellas Protenus aeger ago;* ut sit animo et corpore valde aeger: aut, si aliud enuntiat, refertur ad illud, ut sit longe, porro ago. At ipsum Hactenus, licet, ut praepositionem acceperit, ita

(p. 376.) *protinus p.* G. B. *necessario* Carrio 3, 13. *commissa: tum* J. *commissatum* Carrio e Cod. Elnonensi. *protinis* Steph. *Nevius* W. L. G. B. prob Od. Müller. Osann. Hermann. *tamedus ped.* G. B. *protinam Me dedi* Herm. Op. II. p. 279. *continuitatem* mgJ. e Varr. *pr. de cont.* cj Müller ad Varr. 7, 107. *videtur, est eius* cj Merc. *patet eius* cj J. *de planitie* cj J. prob Merc. Havercamp. *Asculanorum* cj J. Merc. *Salapiorum* cj Popma. *antiqui* cj Merc. *antiquum* cj Barth. Adv. 28, 13. p. 1338. *quondam* (p. 377.) cfr. p. 341, 10. *protenus* Virg. semper cfr. p. 244, 11. *Iarban* Heins. e Med. *Hiarbam* G. L. *ipsum tenus* mgJ. cj Merc. *Virg. lib. xi. hactenus acca soror potu. Idem Virg. lib. XI.*

significatione varietur, tamen maxime finem terminumque designat. Virg. in Georg. lib. ii: *hactenus arvorum cultus et sidera caeli.* Idem Virg. lib. xi: *laterum tenus hispida nanti Frons hominem praefert.* Idem lib. ii: *capulo tenus abdidit ensem.* Idem Virg. in Georg. lib. iii: *et crurum tenus a mento palearia pendent.* Idem Virg. in Aen. lib. iii: *et pulchro pectore virgo Pube tenus.*

Plaga spatium amplissimum vel caeli (p. 378.) vel agri. Virg. lib. vii: *in medio dirimit plaga Solis iniqui.* Plagae rursum maculae retiales. Virg. in Aen. lib. iiii: *retia rara, plagae, lato venabula ferro, Massylique ruunt equites.* Plaga aliquando pars lecti, aliquando omnis. Pacuvius Atalanta: *etsi metuo picta de plaga pallam;* ut sit plaga, quae nunc dicimus clavum. Varro Prometheo: *eburneis lectis et plagis sigillatis.* Afranius: *palam facto demea et plagulam de lecto pellis dimitte in ordine.*

Parumper, ut saepe, interim et parvo tempore. Parumper, cito et velociter. Virg. lib. vi: *pulsusque parumper Corde dolor tristi; gaudet cognomine terrae.* Ennius Annali lib. i: *te saneneta precor Venus et genetrix patris nostri, Ut me de caelo visas cognata parumper.* Idem in eodem: *indotuetur ibi lupus femina, conspicit omnis: In campo celeri passu praemens parumper Conicit in silvam sese.*

INCIPIT PER R. LITTERAM.

Restare dicitur superesse. Terentius in Andria: *restat Chremes, Qui mihi exorandus est.* M. Tullius de Senectute: *nec cum aequalibus solum, qui pauci admodum restant, sed cum vestra etiam aetate.* Virg. lib. ii: *aut quid iam misero mihi denique restat?* Restare, resistere. Virg. Aen. lib. iii: *hospes? Hoc solum nomen quoniam de coniuge restat.* M. Tullius de Finibus bonorum et malorum: *nullam quaerentes voluptatem. Stoici restant.*

Religio est deorum cultura. Virg. Aen. lib. vii: *religione patrum multos servata per annos.* Religiosos quo- (p. 379.) que dies infames vel infaustos lib. xi. Commentariorum Grammaticorum Nigidius appellavit. M. Tullius ad Atticum non: *maiores nostri funestiorem diem esse voluerunt Aliensis pugnae, quod orbis captae; quod hoc malum ex illo: itaque aliter religiosus etiam nunc dies,*

laterum B.G. cf. p. 535, 28. *plagae, lato*)pag. 378.) cf. p. 369, 14. *et simitu* cjMerc. Vulg. defendit Palm. p. 163. *picta plaga p.* Turn. 29, 23. *pietate plaga palam* J. *picta de pallam* mgJ. *sigillatis* cf. Turn. 29, 28. *demet et plagilam facito* mgJ. M. *demito* mgJ. *palam facto demetet plagi iam* B. *pallam, fac, cito! deme meam et ....pellis dim. ordine* Neuk. de divortio. *Pallam' Farcto deme, et..pallis demitte ordine* Palm. p. 163. *Pallam facito, Demea . . d. l. p. dem. in ord.* Bothe. *te nunc sancta precor* Col. et Merula. *endotuetur* cjGifan. p. 330. *endotuetur ubi l. . . amneis. Hinc campum premens parumper* Col. *conspicit ambos* cjCol. *Hinc campum . . permensa* cjCol. probGronov. ad Liv. 38, 17. *endotuetur ibus l. f. c. omneis In campo c. p. praesto esse p.* Merula. *p. iam adm.* Klotz. cfr. Leopard. 18, 20. *reliosos* W. cf. Gell. 4, 9. *nono* vulg. Le- (p. 379.) opard. 18, 20. Turn. 30, 9. *Alienis* W. L. *quam urbis captae . . alter religios.* cjLeopard.

aliter in vulgus. **Religio**, metus vel sollicitudo. Varro Ἀνθροποιτόλι, περὶ γενεθλιακῆς: *non fit thesauris, non auro pectus solutum, Non auris demunt animis curas ac religiones Persarum montes, non atria divites Crassi.* Lucretius lib. I: *humana ante oculos fede cum vita iaceret In terris, oppressa gravi sub religione.* Virg. lib. VIII: *iam tum religio pavidos terrebat agrestis Dira loci.* Terentius in Andria: *dignus es Cum tua religione, odium. nodum in scirpo quaeris.* Lucilius lib. XXVIIII: *anno vertente dies tetri, miseri ac religiosi.* M. Tullius de Officiis lib. II: *item est habendum religioni nocentem aliquando, modo nefarium impiumque, defendere.*

Rarum consuetudine infrequens significat. Virg. Aen. lib. VIII: *qua rara est acies interlucetque corona.* M. Tullius de Officiis lib. I: *sit ad hoc genus castigandi raro invitique veniamus.* Rarum, electum. Virg. in Georg. lib. IIII: *hic rarum tamen in dulis holus.*

Ruere, decipi. M. Tullius de Officiis lib. III: *si hoc non est, emptore pati ruere et per venditorem in maximam fraudem incurrere?* Ruere rursum significat cadere. Virg. Aen. lib. II: *ruit alto a culmine Troia.* M. Tullius de Suppliciis: *quae cum accidunt, nemo est, quin intellegat, ruere illam rem* (p. 380.) *publicam.* Ruere, effundi. Virg. lib. VI: *unde ruunt totidem voces, responsa Sibyllae.* Idem Virg. in Georg. lib. III: *ruit arduus aether.* Ruere, irruere sine cautela. Virg. lib. X: *quo moriture ruis, maioraque viribus audes?* Lucilius lib. XXX: *ruis hoc, et colligis omnia furtim.* Ruere, eruere, levare. Virg. lib. XI: *et confusa ruebant Ossa focis.* Idem Aen. lib. II: *totumque a sedibus imis Una eurusque notusque ruunt.* Ruere, diruere, complanare. Virg. Georg. lib. I: *quid dicam, iacto qui semine comminus arva Insequitur, cumulosque ruit male pinguis arenae?* Terentius in Adelfis: *ciceros ruerem, agerem, raperem, tunderem et prosternerem.* Ruere, erigere, extollere. Virgilius lib. II: *et ruit atram Ad caelum picea crassus caligine nubem.* Et Aen. lib. II: *vertitur interea caelum, et ruit oceano nox.* Ruere, dividere. Virg. Aen. lib. I: *spumas salis aere ruebant.*

Rigidum significat frigidum. Virg. in Georg. lib. II: *tellurem borea rigidam spirante moveri.* Rigidum, erectum. Virg. in Bucolicis: *tunc rigidas motare cacumina quercus.* Et Georg. lib. I: *et curvae rigidum falces formantur in ensem.* Rigidum, durum. Virg. Georg. lib. III:

ex Epp. ad Att. IX. *alter in v.* Turn. 30,29. *in v. ignotus* cjLeop. Orell. *ΑΝΘΡΟΠΟΓΓΟΛΙ* 10 G. cfr. Turn. 29, 2. *pectu' solutum* N. *animis demunt .. relligiones .. diviti'* Scal. Cat. p. 233. *non avaris de demunt animis* A. *avaris* om. cjJ. 383. Popma. Turn. 29, 2. *diviti'* cjV. D. *Croesi* cjCamerarius, non improbLips. Ep. quaest. 1, 4. *divitis atria* 20 Popma. cf. p. 314, 28. 326, 33. *aliquando et nefarium* Cic. olim. *modo ne nefar.* G. vulg. *veniemus* Or. *in dumis olus* Vulg. *per errorem* Cic. Or. probMerc. *si hoc mores pati tempore ruere et perditorem* B. *vend. max.* 30 msPalat. prGebh. *ruis haec* Dusa. (p. 380.) cfr. p. 273, 27. *adelfis: ceteros* Editt. 10 *vertitur* cfr. p. 328, 17. *movere* Virg. 20 probMerc. *nutare* J. *formantur* etiam Serv. ad Aen. 12, 504. *conflantur* Virg. *caeduntque*

vestesque rigescunt Indutae, ceduntque securibus humida vina.

Relatum dicitur perlatum, dictum a M. Tullio ad Caesarem iuniorem lib. I: *sed haec videbimus, cum legati responsa retulerint.* Relatum, conversum. Virg. lib. XI: *multa dies variusque labor mutabilis aevi Rettulit in melius.* (p. 381.) Reddere, reponere. Plautus Mustellaria: *tempestas venit, Confringit tegulas imbricesque: ibi Dominus indiligens reddere alias nevult.* Reddere dicitur acceptum restituere. Terentius in Formione: *si quis quid reddit, magna habenda est gratia.* Reddere, facere. Lucilius lib. XXVIIII: *pluteos excutit, tectaque et testudines reddet.* Reddere, advehi. Virg. lib. VI: *redditus his primum terris.* Reddere, exponere et dare. Plautus in Aulularia: *tibi ego rationem reddam, stimulorum seges?*

Remi sunt navales pedes, sicuti plerumque. Remus remigis Virgilii auctoritate possumus dicere; ut in lib. V: *quam deinde Cloanthus Consequitur, melior remis; sed pondere pinus Tarda tenet.*

Referre, recensere. Virg. in Bucolicis: *cogere donec oves stabulis numerumque referre iussit.* Referre, ascribere. Varro Eumenidibus: *forenses decernunt, ut existimatio nomen meum in sanorum numerum referat.* Referre significat perferre, indicare. Virg. Aen. lib. II: *referes ergo haec, et nuntius ibis Pelidae genitori.* Lucilius lib. XXVI: *quod is intellegebar, posse haud paucos retuli.* Referre, ostendere. Lucretius lib. I: *unde refert novus dictor, quis possit oriri, Quid nequeat.* Referre, revocare. Virg. lib. XI: *ille pedem referens et inutilis, inque ligatus Cedebat.* M. Tullius de Signis: *cum iam satis perspexisse videretur, tollere incipiunt, ut referrent.* Idem de Officiis lib. II: *ut eo, unde digressa est, referat.* Plautus in Asinaria: *quo magis te capessis, aestus te in portum refert.* Referre, reddere. Virg. lib. VIII: *o mihi prae-* (p. 382.) *teritos referat si Iuppiter annos! Qualis eram.* Lucilius lib. XXVIII: *quod te intromisi, gratiam referat mihi.*

Rimari dicitur scrutari, quaerere. Virg. lib. XI: *et partis rimatur apertas.* Idem lib. VII: *quod cuique repertum Rimanti, telum ira facit.* Pacuvius Athalanta: *cum incultos pervestigans inrimare sinus.* Accius Ilione: *aut stagnorum humorem rimarem loca.* Varro Lege Menia: *admirantes, quod sereno lumine Comuisset, oculis caeli rimari plagas.* Rimari, expleri. Virg. lib. VI: *rimaturque oculis habitatque sub*

30 Virg. cf. p. 272, 9. *viderimus* fragm. *variique* Virg. Med. a m. 1. Heins. Wagner. Forb. *variusque* multi Codd. Macrob. 6, 2. (p. 381.) Brunck. cf. p. 395, 20. *remi* cf. p. 10 461, 30. *remus regis* B. G. *quem* vulg. cf. p. 270, 10. *censere* L. G. B. cf. p. 265, 2. cf. 20 p. 285, 24. *intellegebat* vulg. *posse haud* 30 cjFrDusa. *novus victor* Vulg. *egressa* mgJ. Orelli. *quo magis capessis* B. cf. p. 247, 11. 266, 10. *quam m. te in altum c. tam ae.* Miller. *referas* cjJDusa. *cum inculta* mgJ. (p. 382.) *rimaris s.* B. *rimare* G. *inrimaret* cjGerlach. *accuius ilione* L. *Pacuvius* cjRoth. *humidorum* cjVoss. *avium stagn.* cjBothe 2. *dumosa rimari* cjDüntz. *rimarem loco* G. B. *minia* G. 10 L. cf. p. 369, 10. *rimare* Popma. *conuisset* B. *tonuisset* vulg. *Nos adm. . . ton.* Bentl. ad Hor. Od. 1. 34, 6. *invictae* mgJ. cf. p. 505

alto Pectore. Rimari, inhabitare. Virg. Georg. lib. I: *dulcibus in stagnis rimantur prata Cahystri*.

Rumpere significantiam habet manifestam. Virg. lib. x: *rumpimus invitae tua vincula;* ut plerumque. Rumpere, defetigare. Terentius in Hecyra: *ut me ambulando rumperet?* Afranius in Epistola: *ego misera risu clandestino rumpier*. Lucilius lib. xxx: *quae quondam populi oris aures pectora rumpit*. Idem lib. xxvii: *contentum, cum me ruperint, summa omnia fecerim*. Rumpere, dissicere. Virg. in Bucolicis: *frigidus in pratis cantando rumpitur anguis*. Rumpere, retentum proferre, diu tacita dicere. Virg. lib. x: *quid me alta silentia cogis Rumpere?* Terentius in Eunucho: *iamne rumpere hoc mihi lacet gaudium?* Rumpere, introire. Terentius in Eunucho: *cesso huc introrumpere?*

Rogare, poscere. Lucilius lib. xxvi: *ferri tantum si roget me, non dem, quantum auri petit; Si secubitet, si quoque* (p. 383.) *a me, quae roget, non impetret*. Plautus in Asinaria: *spectandum ne cui aullum det, neque roget*. Rogare dicitur deprecari, poscere. M. Tullius in Verrinis in Divinatione: *rogare et orare, ne eos supplices aspernaret*. Virg. Aen. lib. vii: *litusque rogamus Innocuum*. Rogare, quaerere, scitari. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. I: *roga ipsum, quem ad modum ego eum Arimini acceperim*. Terentius in Andria: *accedo ad pedissequas, Quae sit, rogo*. Rogare, instituere. M. Tullius in Filippicis lib. II: *ego ad eam belli civilis causam attuli; ego leges perniciosas rogavi*. Lucilius lib. xxvii: *consilium patriae, legumque oriundus rogator*.

Remissum, laetum. M. Tullius de Oratore: *quis umquam res praeter huc tragicas paene comice, tristis remisse*. Remissum significat concessum. Virg. lib. x: *manibus et cineri, si qua est ea cura, remitto*. Remissum, missum. Lucilius lib. xxviiii: *cohibet domi Maestus se, Albinus repudium quod filiae Remisit*. Remittere, delectare. M. Tullius in Hortensio: *quaero enim, non quibus intendam rebus animum, sed quibus relaxem ac remittam*. Idem de Senectute: *sed tamen est senis sermo quietus ac remissus*.

Recedere, promittere, polliceri. Varro Vimarce: *ebrius es, Marce; Odyssian enim Homeri ruminari incipis, cum peri tropon scripturum te Seio re-*

15. *miseri sub cland*. B. *visu et* Schegkius. *rumperer* J. 383. *rumpier* MsFabri. *foris aures* mgJ. *populi oreas* cjGuil. 2, 2. *popularibus auris, p. rupit* cjJDusa. *contentu cum eruperint* G. cf. p. 82, 10. *ruperint* B. *contemptum cum me ruperim* J. *tu Lucillum credis contentum* mgJ. *anguis* cfr. p. 311, 6. *cogis r.* cf. p. 182, 29. *iacet hoc gaud.* B. *licet gaud.* vulg. *introrumpere* Ter. opt. Mss. *concesso huc* B. *ferri etc.* cf. p. 366, 21. *si se cupiet sic..rogat* cjGuil. 2, 9. *si se cupit et si quoque* Dusa. *si se rupit sic quoq..*, *quod rogat* cjFrut. ap. Grut. II. p. 818. *annulum* vulgo cf. p. 402, 18. *Di-* (p. 383.) *vinatione* cf. p. 360, 33. *ne illos..aspernarer* Klotz. *Caes.* cf. p. 323, 26 et 239, 22. *ad illum* Orell. *progator* L.W. *rogator* G. vulg. *quis* cf. p. 313, 31. *leges praeter* J. al. *res* mgJ. *Lucil.* cf. p. 330, 30. *coh. et d.* Dusa. *filiae* cf. p. 329, 3. *sed qui* G. B. *RECIPERE*

ceperis. Recipere, extinguere, prosternere. Virg. lib. VIIII: *totum cui comminus ensem Condidit assurgenti, et multa morte recepit.* Recipere dictum est datum accipere. Recipere, accipere. M. Tullius de Officiis lib. III: *Cyrsilum* (p. 384.) *quendam suadentem, ut in urbe maneret Xersemque reciperent, lapidibus obruerunt.* Varro Meleagris: *quem idcirco terra non cepit, et caelum recipit.* Recipere, revocare. Lucilius lib. XXVIIII: *primum ex adverso si quod est caenaculum, Quo recipiat te.* Virg. Aen. lib. II: *sic effata, recepit Ad sese.* M. Tullius de Officiis lib. III: *qui cum ad diem se recepisset, admiratum eorum fidem tyrannus.* Recipere, exceptum facere. Plautus Trinummo: *ubi nunc adulescens habet? Posticulum hoc recepit, cum aedis venderet.* Cicero de Oratore lib. II: *et dicis te, cum aedes vendere, ne in putes quidem et caesis olum tibi paternum recepisse.*

Redundare, redire. Redundare, abundare, superesse. Lucilius lib. XXVIII: *primo redundant aurum ac thesauri patent.* M. Tullius de Officiis lib. III: *nunc fugientes conspectum sceleratorum, quibus omnia redundant.* Et in Hortensio: *tum intellegas, quam illud non sit necessarium, quod redundat.*

Redire manifestam habet significantiam, ut Terentius in Andria: *redeo inde iratus atque aegre ferens.* Redire, referri, revocari. Lucilius lib. XXVII: *si non tamen ad te hoc redivit, tu hoc carebis commodo.* Virg. Georg. lib. II: *redit agricolis labor actus in orbem.*

Rursus significat iterum. Virg. Aen. lib. II: *rursus in arma feror.* Rursus, retro. Virg. in Georg. lib. III: *rursus cura patrum cadere.* Varro Andabatis: *mortales multi rursus ac prorsus meant.* Ennius Andromeda: *rursus prorsus reciprocat fluctus feram.* (p. 385.)

Rumor, ut plerumque, opinio est. Sallustius Historiarum lib. II: *ad hoc rumoribus adversa in pravitatem, secunda in casum, fortunam in temeritatem declinando corrumpebant.* Rumor, favor, auxiliatio. Virg. lib. VIII: *ergo iter inceptum peragunt rumore secundo;* hoc est, prospero favore et auxilio fluminis. Fenestella Annali lib. XXII: *itaque ut magistratum tribuni inierunt, C. Cato, turbulentus adulescens et audax, nec imparatus ad deiciendum, initionibus assiduis invideat et Ptolemeo, qui iam*

vulgo. *Varro VI. marce* B. *Varro in Marco* Lips. V. L. 1, 9. et sic ubique. *Bimarco* cjV. D. *Odysseam* Popma. περὶ τρόπων cf. p. 480, 24. *comminus* Virg. *Cyrsilum* cf. p. 349, (pag. 384.) 23. *quondam* W. *manerent* vulg. *cooperuerunt* Orell. *caepit* G. L. cf. p. 253, 4. *si quo* L. m. 2. *quod rec. te* B. *adiratum* G. L. B. cf. p. 54, 15. *in rutis ... solium* Cic. *caesi solum* B. *redundat aurum* b. Dusa. *huc redibit* cjMerc. *si nondum tamen* mgJ. al. ap. Dusam. *si tamen non* J. *si tamen hoc ad te non r. hoc c.* Dusa. *Multi mortales* Turn. 29, 2. *porsus* W. bis. cf. p. 165, 11. *fera* cjBergk. (pag. 385.) *fortia in* cjV. D. ap. Merc. *inceptum celerant imparatus ad dicendum* Vulg. *initio concionibus a. invidebat* cjJ. *contionibus* cjMerc. *Ptol. simul qui* G. *invidiam paranti concitare* cjMerc. *legio reddit virumore ruinas ferre domos* B. *reditus* alii ap. Col. cjJ. *ruinas Mox auferre domos ....* Col. *reditus r. r. M. a. domos* (reliq. om.) Merula.

profectus ex urbe erat, et Publio Lentulo consuli, paranti iam iter, cogitare secundo quidem populi rumore coepit. Ennius Annali lib. VII: *legio redditu rumore ruinas Mox auferre domos populi rumore secundo.*

INCIPIT PER S. LITTERAM.

SUBLATUM, susceptum. Virg. lib. VIIII: *Troiaeque labores Sublatum erudiit.* Sublatum dicimus remotum. Virg. lib. XII: *sine me haec haud mollia fatu Sublatis aperire dolis.* M. Tullius in Filippicis lib. I: *non modo regno, sed etiam regni timore sublato.* Lucilius lib. XXX: *sublatus pudor omnis, licentia, fenus refertur.* M. Tullius de Officiis lib. III: *sustulit, quos obtare intellegebat.* Sublatum, erectum. Virg. lib. V: *sublataque procul dextra conexa coruscat.* Terentius Hecyra: *quia paulum vobis accessit pecuniae, Sublati animi sunt.* Lucilius lib. XXX: *hic ut muscipulae tantae atque ut scorpius cauda Sublata.* M. Tullius in Hortensio: *eloquentia tueri, quam tu in caelum, Hortensi, credo, ut ipse cum* (p.386.) *ea simul ascenderis, sustulisse.*

SUFFICIT significat consuetudine sat est. Virg. Aen. lib. XII: *idque dudum terga dabant palantia Teucri, Sufficit.* Sufficit, subministrat. Virg. in Aen. lib. II: *ipse pater Danais animos viresque secundas Sufficit.* Sufficit, durat. Virg. lib. V: *nec nos obniti contra, nec tendere tantum Sufficimus.* Et lib. VIIII: *nec sufficit umbo Ictibus.* Sufficere, ab inficiendo. M. Tullius in Hortensio: *ut hi, qui convivi purpuram vo, sufficiunt prius sanae medicamentis quibusdam.*

SUSPENSUM, placidum, silens. Terentius in Formione: *hoc ubi ego audivi, ad fores Suspenso gradu placide ire perrexi.* Suspensum dicitur alte ligatum. M. Tullius in Verrem: *caput obnubito, arbor infelici suspenditur.* Virg. lib. V: *quo tendant ferrum, malo suspendit ab alto.* Suspensum, sollicitum. Virg. Aen. lib. II: *suspensi Erypilum scitatum oracula Foebi Mittimus.* M. Tullius in Filippicis lib. VII: *aberat a sententia, suspensus a curis maioribus.*

SPECIES dicitur effigies, facies. Livius Egisthi: *iamne oculos specie laetaviri optabili?* Species, factum, spectaculum. Virg. in Aen. lib. II: *non tulit hanc speciem furiata mente Coroebus.* Species, imago. M. Tullius de Officiis lib. III: *tum sit is, quia his bonum iudicet, quod honestum; quae autem huic repugnent specie quadam utilitatis.* Species, pulchritudo. Varro Eumenidibus: *quae*

Mox auferre d...secundo: Hunc v. Fenestellae esse vidit Merula p. 447. prob Wagner et Forbiger ad Aen. 8, 90. cf. p. 319, 27. *regno quod pertuleramus, sed* Orell. *obst. arbitrabatur* Or. cf. p. 327, 17. *muscipula tenta* vulg. cf. p. 266, 3. 181, 31. *musc. tentae atque ut scorpiu'* Turn. *eloquentiam* Vulg. *caelum* ante M. fragm. Or. *caelo* M. *ascen* (p 386.) *deres, sustulisses* Vulg. al. *iamque diu* mgJ. *suffecit* Virg. *iniiciendo* J. *inficiendo* mgJ. *qui concubili purpuram vos sufficiunt* B. *conbibi* G. *uti qui combibi p. volunt, sufficiunt pr. lanam medicamentis quibusdam* cjJ. ex 321, 18. *Verrem* cf. Cic. p. Rabir. Perd. 4, 13. *aberrat* Vulg. *laeta viro optabile* 471. 383. *oculis* J. *laetavisti* Merc. *id solum bonum...h. sit, quae* Orell. *aetas quae vestis* Turn. 30, 9. Popma. cf. Scal.

casta vestis, aetas quae adulescentium, Quae teneris species?

Segne dicitur tardum. Virg. in Georg. lib. iii: *en age, segnes Rumpe moras.* (p.387.) Segne, dissimile. Virg. Aen. lib. iiii: *haud illo segnior ibat Aeneas.*

Saltus consuetudine a saliendo dicitur. Virg. lib. viii: *tum demum praeceps saltu sese omnibus armis In fluvium dedit.* Saltus, campi spatium. Virg. in Georg. lib. iii: *saltibus in vacuis pascunt, et plena secundum Flumina.*

Subicere est subtus iacere, supponere. Virg. Georg. lib. iiii: *et ramea costis Subiciunt fragmenta.* Et lib. xi: *caudamque remulcens Subiecit pavitantem utero.* M. Tullius in Filippicis lib. ii: *cervicisque suas ei subiecit securi, qua multi minoribus in peccatis occiderunt.* Subicere, susum iacere, excrescere. Virg. in Bucolicis: *quantum vere novo viridis se subicit alnus.* Et in Georgicon lib. iiii: *ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit.* Et lib. xii: *aut corpora saltu Subiciunt in equos.*

Servare, liberare. Virg. Aen. lib. iii: *servatum ex undis Strofadum me littora primum Accipiunt.* Servare dicitur custodire, tueri. Virg. in Aen. lib. ii: *servate domum, servate nepotem.* Et lib. vii: *sola domum et tantas servabat filia sedes.* Servare, sollicite et suspiciose observare. Lucilius lib. xxx: *quid servas, quo eam, quid agam? quid id attinet ad te?* Plautus in Asinaria: *tuus servus servet, Venerine eas det, an vero.* Virg. in Georg. lib. i: *quod superest, caeli menses et sidera serva;* quod est Menandri: *τηρῶ τὸν Δία νοντατιοχω.* Servare, inhabitare, possidere. Virg. in Georg. lib. iiii: *centum quae silvas, centum quae flumina servant.* Et: *immanem ante pedes hydrum moritura puella Servantem ri-* (p. 388.) *pas.* Servare, tenere. Virg. lib. vii: *curvam servans sub imagine falcem.*

Supremum significat extremum. Virg. lib. xi: *qui supremum comitentur honorem.* Supremum, susum altum. Virg. in Georg. lib. iiii: *clamore supremos Implerunt montis.* Terentius in Adelfis: *pro supreme Iuppiter.* Plautus Amfitryone: *ut Iovis supremi multis hostis pacem petam.*

Saevum, iratum. Virg. Aen. lib. i: *et saevum ambobus Achillen.* Saevum dicitur immite. Virg. Aen. lib. i: *saevae memorem Iunonis ob iram.* Lucilius lib. xxx: *et saevo ac duro in bello multo optimus hostis.* Idem lib. xxvi: *quodque te in te in tranquillum ex saevis transfer tempestatibus.* Saevum, forte. Virg. Aen. lib. i: *saevus ubi Eacidae telo iacet Haector.* Saevum, potens. Virg. Aen.

Cat. p. 233. cf. p. 119, 16. 267, 9. *quae tenebris spec.* B. *mores* W. cfr. p. 55, 29. (pag. 387.) *pascant* Vulgo cf. p. 389, 21. 10 *cervicesque* J. Orell. *qui multi* J. *occide-* 20 *rant* mgJ. *Virg.* cfr. p. 169, 4. *quid adtinet* G. B. b. *tuus sermo* J. *tuus servus servae tuae nerinae* B. *an viro* M. *τηρω* 30 *τον ηλιον ταποχω* MsVict. *τηρῶ τὸν δία τὸν αἰγίοχον* ms. Turn. 29, 2. *Δία ὄντα* Roth. *Δί᾽ ὄντ᾽ Αἰγίοχον* cjGerl.; de ι producto cf. Spohn de extr. parte Odyss. p. 175. *servare* cf. p. 329, 11. cf. p. 460, 15. (p. 388.) *saevae* cf. p. 285, 6. *optimus hastis* cjGuil. 10 2, 2. coll. p. 462, 28. *quod quae te* J. *ex eius transfer t.* B. *quodque te vitae in tr.* al. (inq. Dusa) mgJ. probGerlach. *transfers*

lib. I: *non illi imperium pelagi saevumque tridentem, Sed mihi sorte datum.* Saevum, durum. Virg. lib. V: *cum saevo e scopulo multa vix arte revulsus.* Lucilius lib. XXX: *idque tuis factis saevis et tristibus dictis.*

Superare est vincere. Terentius in Eunucho: *superat ipsam Thaidem.* Virg. in Bucolicis: *quid, si idem certet Foebum superare canendo?* Superare, abundare. Virg. in Georg. lib. I: *si superant foetus, pariter frumenta sequentur.* Superare, vivere, superesse. Virg. in Aen. lib. III: *quid puer Ascanius? superatne et vescitur aura?* Et Aen. lib. II: *satis una superque Vidimus excidia, et* (p.389.) *captae superavimus urbi.* Superare, superesse. Virg. Georg. lib. III: *praeterea, superat gregibus cum laeta iuventus.* Superare, ascendere. Virg. in Georg. lib. III: *superant montis, et flumina tranant.* Et: *gravido superant vix ubere limen.* Superare, occidere. Virg. Aen. lib. I: *clam ferro incautum superat.*

Stratum significat iacens. Virg. Georg. lib. IIII: *sternunt se somno diversae in litore focae.* Stratum, deiectum. Virg. lib. X: *sternitur infelix Acron.* Et in Bucolicis: *strata iacent passim sua quaeque sub arbore poma.* Stratum, placatum, lenitum. Virg. in Bucolicis: *et omne tibi stratum silet aequor.* Stratum, tectum. Virg. in Georg. lib. III: *et multarum stipula filicumque maniplis Sternere subter.* Et Aen. lib. VIII: *sternitur omne solum telis.* Stratum, compositum, exstructum. Virg. in Aen. lib. I: *miratur portas strepitumque et strata viarum.*

Secundum est numero aut ordine secundum. Secundum, iuxta. Virg. in Georg. lib. III: *saltibus in vacuis pascunt, et plena secundum Flumina.* Secundum, prosperum. Virg. lib. X: *et servare modum, rebus sublata secundis.* M. Tullius de Officiis lib. I: *sic homines secundis rebus effrenatos sibique supra.* Terentius Heautont.: *si mihi secundae res de amore meo essent.* M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. II: *scriptum erat equestre praelium valde secundum; in his autem potius adversum.* Secundum, lene vel placidum. Virg. Georg. lib. III: *mersusque secundo defluit amni.*

Summissum significat humile. M. Tullius de Officiis lib. I: *neque summissum aetale et neque se ecferentem.* (p. 390.) Virg. Aen. lib. III: *summissi petimus terram, et vox fertur.* Summittere, subdere, supponere. Lucilius lib. XXVIII: *summittas alios, si quos possis, censeas.* Summittere, dimittere. Virg. in Bucolicis: *pascite, ut ante, bovis pueri, et submittite tauros.* Idem in Georg. lib. III: *tu modo, quos in spem statuis summittere gentis.*

20 cjFrDusa. *saevis factis* Dusa. *tuis saevis dictis ac trist. factu* vel *factis* cjGuil. im- (pag. 389.) probFrDusa. *Interea* Virg. cfr. p. 433, 22. *iuventas* Virg. *tranant* cf. 514, 10 2. *strata* cf. p. 526, 23. *et nunc omne* B. Virg. *multa duram* Virg. *sternitur* cfr. 20 p. 420, 10. cf. p. 331, 22. *pascunt* cfr. p. 387, 7. *sibique praefidentes* Cic. *autem* om. cjOrell. *quin p. adv.* fragm. *missusque* 30 Virg. *submissum etalemet n.* B. *subm. et abiectum n.* Cic. *submissi* cf. p. 367, (p. 390.) 12. *posse* v. c. Dusae. *censeo* cjJDusa. *boves pueri subm... statues subm.* Virg. *Varro* cf. Scal. Catal. p. 282. ubi haec v. collocat post

Severum, triste. Varro Eumenidibus: *tertia poenarum infamia, stans nexa in vulgi pectore, fluctuanti intonsa coma, sordida vestitu, ore severo.* Severum significat grave, censorium. Virg. lib. vii: *Romulidis Tatioque seni Curibusque severis.* Severum, asperum, trucem. M. Tullius in Hortensio: *aliud ex silvis severum et triste.* Virg. lib. vii: *qui tetricae orentis rupes, montemque severum.* Severum, saevum, implacidum, vitabile. Virg. in Georg. lib. iii: *invidia infelix furias amnemque severum Cocyti metuet.* M. Tullius de Officiis lib. iii: *et qui perindulgens in patrem, idem acerbe severus inquit filium.*

Solvere usu significat enodare. Virg. lib. vii: *solvite crinalis vittas, capite orgia mecum!* Solvere, debitum reddere. Sallustius in Catilinae bello: *argentum aere solutum est.* M. Tullius in Verrem Divinatione: *pro quo frumento pecunia omnis soluta non est.* Solvere, dimittere. Virg. Georg. lib. iii: *solve mares; mitte in Venerem pecuaria primus.* Solvere, a curis liberum esse. Virg. Georg. lib. ii: *risuque soluto.* Idem Aen. lib. i: *solvite corde metum, Teucri.* Solvere, contempnere, despicere. Virg. Aen. lib. iiii: *solvitque pudorem.* Solvere, excipere. Virg. lib. x: *nec populos solvo.*

Superbum, arrogans, truculentum, asperum. (p. 391.) Virg. Aen. lib. iii: *stirpis Achilleae fastus iuvenemque superbum.* Idem lib. x: *te, Turne, superbum Caede nova quaerens.* Superbum, vitabile. Virg. lib. viii: *foribusque affixa superbis Ora virum tristi pendebant pallida tabo.* Superbum, elatum, altum. Virg. Georg. lib. iii: *et gressus glomerare superbos.* Idem lib. vii: *vina potens Tiburque superbum.* Superbum, ornatum. Virg. Aen. lib. ii: *barbarico postes auro spoliisque superbi, Procubuere.* Superbum, opulentum. Virg. lib. viiii: *simul ense superbum Rhamnetem aggreditur, qui forte tapetibus altis Exstructus.* Superbo, iniquo. Virg. lib. viii: *quos illi bello profugos egere superbo.*

Stare consistere omnium consensu dicitur. Virg. in Georg. lib. iii: *stare loco nescit.* Plautus Amfitryone: *ita statim ad signa omnia.* Stare iterum horrere significat. Titinius Veliterna: *atque illud ante partum comedet, fundi stabunt sentibus.* Caecilius Syracusi: *hic amet, familiae fame pereant, ager autem stet sentibus.* Virg. Aen. lib. xii: *iam pulvere caelum Stare videt.* Stare, erigi, prominere. Lucilius lib. xxviii: *hic corpus solidum invenies, hic stare papyllas Pectore marmoreo.* Stare, fidem habere. M. Tullius de Offi-

295, 26. item Popma. *in fama stans* B. *infamia stans* Scal. Popma. *fluctuatim* Editt. vett. cfr. Herm. Elem. p. 389. *fluitanti* cj Herm. altera. cf. Cuiac. ad Dig. III. tit. 1. cp. 2. *vulgi in ore* cj Gerl. *Hortens.* p. 409, 17. *orantis* W. L. *horrentis* Vulg. cfr. p. 181, 15. *invidia* cf. p. 326, 14. *in filium* Cic. *in quo fil.* B. G. *solve* cf. p. 348, 13. *stirpis* cf. p. 458, 30. *te T.* cf. p. 240, (p. 391.) 23. *Virg. Georg.* cf. p. 106, 28. 295, 19. 330, 18. *Atina potens* Virg. *simul* cf. p. 342, 16. *sup. in.* cf. p. 243, 17. *statim stant signa* Vulg. cf. p. 393, 12. *Syracusis* cj Turn. *Syracusiis* Spengel, J. in el. *fame* om.

ciis lib. III: *facere promissa, astare conventis, reddere deposita.* Stare, valere et constare et fixum esse. Varro Flaxtabulis, *περὶ ἐπαρχιῶν: atque si addam, quanta misericordia mea heredibus meis stet, quod miseros sublevaverim.* Virg. lib. X: *stat sua cuique dies.* Et lib. II: *stat casus renovare omnes.* (p. 392.) Stat etiam plenum est. Lucilius Satyrarum lib. V: *interea stat sentibus pectus.* Virg. in Bucolicis: *stant et iuniperi, et castaneae hirsutae.* Varro Eumenidibus: *denique quis sanus est avarus? cui si stet terra id traditus orbis, Furando tamen ac morbo stimulatus eodem, Ex sese ipse aliquid quaerat cogatque peculi.* Sisenna lib. VIII: *caelum caligine stat.*

Spissum densum dicimus. Virg. in Georg. lib. II: *sin in sua posse negabunt Ire loca, et scrobibus superavit terra repletis: Spissus ager.* Cicero de Oratore lib. II: *et principia tarda sunt, et exitus tamen spissi et producti esse debent.* Spissum significat tarde. Caecilius Dardano: *nihil ego spei credo, omnis res spissas facit.* Titinius Gemina: *longus sermo habetur; revortetur spissa.* Afranius Incendio: *itaque spissum videtur fieri; non possum domi Meum virum expectare, quem mihi studeo iamdudum dari.* Idem Matertera: *quod defessa expectando domi Sedi, quod spisso venire visum est mani mihi.* Plautus Poenulo: *eheu! quam ego habui ariolos aruspices: quia quid bene promittunt, perspisso evenit; Id quod mali promittunt, praesentari est.* Nevius Gymnastico: *at enim tu nimis spisse atque tarde incedis.* Turpilius Caneforo: *ita est; verum aut facile est venire illi, ubi spissa est sapientia: Spissum est iter; adipisci aut posse, nisi cum magna miseria.* Mysteriis: *nascimur enim spissius, quam emorimur: vix duo homines decem mensibus edolatum unum reddunt puerum: contra una pestilentia, austica acies puncta temporis inmanis acervos facit.* Et Peritplus lib. II: *περὶ φιλοσοφίας: et ne erraremus; ec-* (p. 393.) *tropas esse multas, omnino totum esse, sed spissum iter.* Pacuvius Hermiona: *habet hoc senectus in se, cum pigra est ipsa, ut spisse omnia videantur confieri.*

Statim mox dicitur. Cicero in Verrinis: *statim Messanam litteras dedit, ut Alesinus ad se Dio continuo veniret.* Statim producta prima syllaba a stando,

Speng. *familia ei fame perbitat* Bothe 2. *depereant* cjBeier ad Cic. Off. 2. p. 281. 30 *quanti..quot miseros* cjGuil. 3, 18. *stat* (p. 392.) *causas* W. *sentibus fundus* mg J. ex Donat. in Ter. Andr. sed distinguit Dusa. *pectus* habet Gell. 8, 5. *Eum.* cf. p. 264, 20. *sanus? cui...traditur* Popma. *cui stet* G. *cui est et ter.* B. *frudando* cjPopma. 10 *nihil rei ego cr.* G. B. *nil* Speng. *spissa facit* B. *inçenidio* W. *possunt* G. L. A. 526. 20 Steph. cf. Turn. 29, 2. *spectando* G. B. *qui b. pr.* B. *perspisso evitant* B. *qui m.* B. *exspectans* Steph. *visus* Bothe, Neuk. *quos ego* J. *quam ego* mgJ. *illo, ubi ipsa* cjLips. Ep. q. 5, 2. *ubi si ita est* G. B. *ubi sita est* cjRoth. *invenire ille cui...haud potest* cjFaber. *haut possis* cjLips. *περιπλοῦ* 30 *lib. 3.* Turn. 29, 2. *περιπλῷ περὶ φιλοσοφίας* Ms. J. anim. p. 270. *exstrophas* W. (p. 393.) cf. Turn. 29, 2. *tutum* Turn. Popma. *ipsa sit, sp. ut videantur om. ei confieri* Bothe 2. cf. p. 254, 4. *Amf.* cf. p. 391, 19. *qui* 10

perseveranter et aequaliter significat. Terentius: *bina talenta Capiebam statim.* Plautus Amfitryone: *nec recedit loco, quin statim rem gerat.* Idem in eadem: *ita statim stant signa omnia.* Ennius Aiace: *qui rem cum Achivis gesserunt statim.* Afranius Augure: *quamquam non istis exercetur in locis Hic noster delaborat cum puer statim.*

Superstites dicimus, qui supersint mortuis. Superstites veteres ponebant incolumes. Terentius Andria: *deos quaeso, ut sit superstes.* Plautus Asinaria: *sicuti tum vis unicum natum tuae Superesse vitae, sospitem et superstitem.* Virg. lib. x: *liceat superesse nepotem.* Accius Alcemeone: *suos deseruit liberos, superstites sunt.*

Spurcum, saevum vel sanguinarium. Afranius Divortio: *mulier; novercae nomen huc adde impium. Spurca gingivestigia aut dici potest.* Lucilius Satyrarum lib. IIII: *Aserninus fuit Flaccorum unae quidam Samnis, spurcus homo, vita illa dignus locoque; Cum Pacedeiano componitur, optimus multo Post homines natus gladiator qui fuit unus.* Afranius Fratris: *commemorabo, ostendam illius facta et spurcitia improbi.* (p. 394.) Idem Divortio: *o dignum facinus: adulescentis optumas, Bene convenientes, concordes cum vires, Repente viduas facias spurcitia patris!* Varro lib. xx. Rerum humanarum: *ne quis lectorem spurcum hominem liberum prehendere iussisse velit.* Spurcum, vehemens, asperum. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. I: *cum iter facerem ad hiquiiam Claternam tempestate spurcissima.* Varro Eumenidibus: *nunc de te, inquit, meliusculam spem habeo, qui rem spurcissimam gustare noluerim.* Spurcum significat obscenum et impurum et lutulentum. Plautus Asinaria: *tot noctes reddat spurcas, quot puras habuerit.* Pomponius Prostibulo: *quae pedibus nubere poterant, equites sperant spurcae.* Spurcum etiam fetidum. Plautus Menechmis: *nec isto loco spurcatur nasum odore inlutibili.* Lucretius lib. VI: *deinde videre licet, quam multae homini res Acriter infestu sensu, spurcae gravisque.* Idem

res cjLips. ep. q. 4, 19. *Phryges tum A. cesserunt st.* cjDelr. *gesserat* (i. e. Aiax) cj Col. *sed labore iam statim puer* Bothe 2. *spurca ignea e vestigio* Herm. Op. V. p. 279. *spurca ingeni e vest.* Bothe 2. *spurcae gingivae* mgJ. *Flaccoram* W. cf. Turn. 29, 2. *una equidem* G. B. *flacco quidam fuit Samn.* b. *Flacco ore, una equidem* J. 583. *f. o. Amunius quidam* cjJ. *ac una equidem aure* cjJDusa. *Flacco ore aequeque Samnis* alii ante Parrhas. *Flaccorum munere quidam* cjTurn. 29, 2. Lips. Saturn. 2, 11. Parrhas. ap. Grut. I. p. 814. cfr. p. 257, 17. *Pacidiano* 583. *Placideiano hic comp. o. longe* Dusa. *spurcitiam* mgJ. Bothe, Neuk. *spurca* A. 526. Steph. J. *o indig.* Delr. ad (p. 394.) Sen. Hippol. 620. *indign. o fac.* Taubm. ad Pl. Stich. 1. 2. 73. perperam utrumque Gerl. *ad. qui opt.* Mur. V. L. 18, 10. *concordesque cum* J. Mur. Taub. Neuk. *cum viris* Cuiac. *facias* codd. mgJ. M. *faciat* Mur. J. Neuk. Cuiac. *factas* cjGerl. *spurcities* Taubm. Bothe, Neuk. *spurcitia et probris* Mur. Cuiac. Paratitl. ad Dig. l. XLIII. tit. I. cp. 30. *ne quis lict.* Vulgo. *Claternam* L. G. B. J. Goth. impr. Or. *athi qui iam aternam* W. *Attaliam Atarna* cjJun. impr. Merc. *Appia via matutina* cjMerc. *ad Hirtium Claternam* cjRoth. *Aquileia Clat.* cjGerlach. *nolueris* cjMerc. Popma. *peditibus* Ms. Casaub. Bothe, Munk.

lib. vi: *ad contra nobis caenum taeterrima cum sit Spurcitiis, idem subrutunda videtur.* **Lucilius** lib. xi: *praetor noster adhuc, quam spurcus ore, quod omnis Extra castra, ut stercus, foras eiecit ad unum.* **Idem** lib. xxviii: *quaeque aspectu sunt spurca et odore.*

Siccum dicitur aridum et sine humore. **Virg.** lib. v: *summa petit scopuli, siccaque in rupe sedit.* **Siccum, exercitum. Lucilius** lib. xxvi: *cum stadio in gymnasio in duplici corpus siccassem pilas.* **Siccum dicitur et sobrium, madidum. Plautus Asinaria:** *siccum, frugi, continentem, amantem uxoris maxime.* **Idem Pseudulo:** *vino modo cupidae estis; Eo vos vestrosque adeo panticis madefacta-* **(p. 395.)** *tis, cum ego sim hic siccus.* **Cicero Academicorum** lib. ii: *alios adultis, alius lentibus, alius eugris, alius siccis, alius vinulentis.* **Varro Cato vel de liberis educandis:** *Persae propter exercitationes puerilis modicas eo se consueti corpore siccitatem, ut neque spuerentur neque emungerentur, suflatove corpore essent.* **Siccum, firmum. M. Tullius de Senectute:** *nullo imbri, nullo frigore adduci, ut capite operto sit; summam esse in eo corporis siccitatem.*

Seges est frumenti fructus. **Virg. Aen.** lib. ii: *in segetem veluti cum flamma, furentibus austris.* **Segetem, terram. M. Tullius in Hortensio:** *ut enim segetis agricolae subigunt aratris multo antequam serant.* **Segetem etiam ipsam terram dicimus. Virg. Georg.** lib. iiii: *nec pecori oportuna seges, nec commoda Baccho.* **Et in Aen.** lib. iii: *arebant herbae, et victum seges aegra negabat.* **Plautus Aulularia:** *tibi ego rationem reddam, stimulorum seges?* **id est, in qua stimuli eripi possunt. Accius Oenomao:** *fer te ante auroram, radiorum ardentem indicem, Cum somno in segetem agrestis cornutos cient, Ut rorulentas terras ferro fidas Proscindant glebasquae arvo ex molli excitent.* **Idem Andromeda:** *quod beneficium aut sterili in segete, rex, te obesse intellegis.* **Lucilius Satyrarum** lib. vii: *solam auram adversam segetem*

20 *eadem suibus haec munda* **Forb.** *spurco est ore* **cjJDusa.** *qui est spurcus ore* **cjGerl.** *cum studio in g. duplici* **Dusa.** *cum in st. in g. et d.* (i. e. crassiore) **Palm.** p. **251.** *c. st. in gym. dupl.* (i. e. *δίαυλος*) *c. siccassem* 30 *et pila* **cjGerl.** *sobrium immadidum* **Ms. Cuiac. NFabri. SVictoris.** *non madidum* **cjMerc.** *inauditum* **Vulg.** *inavidum* **cjMerc.** (p. 395.) **prior.** *madefacitis* **Miller.** *sentibus* **1496.** *alius senibus, a. ae. a. sanis, a. siccis* **1511. A. Goth.** fragm. *senibus* **J. Cic.** prob **Merc.** *exerc.* cf. **481, 16.** *eam sunt consecuti corporis* **Vulg.** *inflatove* **cjCosta.** cf. p. **246,** 10 **26.** *agricolae* cf. **401, 9.** cf. p. **381, 10.** 20 *st. erigi* in **mgJ.** *Oenomao* cf. **Scal. 113. Turn. 29, 2.** *ardentum i. e. s. in s. agrestes* **Scal.** conj. p. **61.** *aurorae r. ardentem ind. E somno..cornu concitent..ferro putridas* (vel *prositas*)..*glebasque ex arvo m. e.* **cjJ.** *forte ante a. r. ardentem..cum sono in..ror. ferro terras uvidas..glebasque arvo ex* **cjTurn. 29, 2.** *cum e somno..cornutos cient..ferre perfidas P. glebasque...exsuscitent* **cjFrut.** ap. **Grut. V.** p. **385.** *forte..ardentum..cum somno..ciet Ut..ferre perfidas Pr. glebasque* **Gif.** p. **402.** *forte..ardentum..cum e somno ..agrestes c. cient..f. rosidas* **cj. Lips.** a. l. **5, 22.** *f. rosidas Pr. gl. arvoque ex.* **Scal.** *obsesse* (i. e. *obsevisse*) **cjGuil. 1, 6. Frut.** ap. **Gr. II.** p. **843. V.** p. **385.** *haut in sterili seg. te obs.* **Schopp.** ad **Priap.** p. **7.** *solem* **G.** *satumque* **cjFrDusa.** *ἄμμον μετρεῖς*

immutasse statumque. Varro *ἀμοιμεμεις, περὶ φιλαργυρία: etenim quibus seges praebeat domum, escam, potionem, quid desideremus?*

Sumere est accipere, tollere. Virg. lib. x: *sume pater.* Sallustius in Iugur- (p. 396.) thae bello: *epistolam, super caput in pulvino temere positam, sumit.* M. Tullius de Signis: *iste unum quodque vas sumere in manus, laudare, mirari.* Lucilius lib. xxviii: *omnia viscatis manibus leget, omnia, Crede mihi, presse auferet omnis.* Et Plautus Aulularia: *non equidem ego qua voluptate sumsi neque tetigi.* Sumere, suscipere. Lucilius lib. xxvi: *hunc laborem sumas, laudem qui tibi ac fructum ferat.* Cicero de Finibus bonorum et malorum lib. ii: *verum hoc loco sumo, de verbis his eandem vim voluptatis.* Sumere etiam significat eligere. Lucilius Satyrarum lib. iii: *et spatium curando corpore honestum Sumemus.* Plautus Aulularia: *Silvani lucus extra murum est avius, Creber salictu opletus; ibi summam locum.* Lucilius Satyrarum lib. x: *honorum est iudicium crassis, ut discribimus ante, Hoc est, quid sumam, quid non, in quoque locemus.* Et lib. xviiii: *sume diem, qui est visus tibi pulcherrimus unus.* Sallustius in Iugurthae bello: *scilicet, ut in tanta re, ignarus omnium trepide festinet, sumat aliquem ex populo monitorem officii sui.* M. Tullius in Hortensio: *quare velim dari mihi, Luculle, iubeas indicem tragicorum, ut sumam, qui forte mihi desunt.* Sumere, conducere. M. Tullius de Officiis lib. iii: *quoad enim perventum est eo, quo sumpta vis est, non domini est navis, sed navigantium.*

Sufferre est sustinere. Virg. Aen. lib. ii: *nec claustra nec ipsi Custodes sufferre valent.* Accius Myrmidonibus: *ego, me non peccasse, plane ostendam aut poenas sufferam.* Sufferre significat dedere vel supponere. Plautus Casina: *intro ad uxorem meam, suffe-* (p. 397.) *ramquae et meum tergum ob iniuriam.* Idem Poenulo: *ut enim, ubi mihi vapulandum sit, tu sorium sufferas.* Accius Nyptegressia: *aut ego illum eripiam, aut illi poena sufferam.* Afranius Prodigo: *nam me pudet it ubi mecum loquitur Numerius: Aliquid suffero Grece, irridet me ilico.*

Surgere, crescere, augere. Virg. in Georg. lib. i: *quis sine nec potuere seri nec surgere messes.* Idem Aen. lib. iiii: *Ascanium surgentem et spes heredis Iuli Respice.* Surgere, erigi. Sallustius

30 cjJ. e vestig. Ms. Popma. prob. Merc. *ἄλλοις μέλεις* cjTurn. 29, 2. e vestig. veteris (p.396.) Cod. *ἀμοῦ μενεῖς* cjRoth. *supra* mgJ. *in manus sumere* Klotz. *omnia sumet, crede* Vulg. cfr. p. 332, 31. *prae se aget ac feret omnia* cjJDusa. *presse res auferet omnes* cj Popma ad Varr. p. 322. probGerl. cf. 121, 10 25. *eandem certe vim v.* Or. *corpori* Dusa. *bonorum* cjJDusa. *Crassis* Dusa. prGerlach. *horum e. i. Cr. uti scr.* cjRoth. *descriusimus* cjJDusa. *trepidet* Sal. *si qui forte* 20 fragm. Or. *perv. sit* Cic. Or. *sumpta navis* Cic. *neque ipsi* Virg. *ut poenas* cjV. D. 30 *ad uxorem eam* cjGerl. *sufferamque* (p. 397.) *ei* Plaut. *vapul. est* Miller. *corium* Plaut. *Nyctegersia* J. *Nyctegresia* Merc. *Clytemnestra* A. cf. Vater. ad Eur. Rhes. p. XV. sq. *aut illum ego rapiam aut* Bothe 2. *at ego* J. *ut illi* mgJ. *poenam* J. *poenas* Merc. *it* om. G. L. J. Herm. *aliquid si suffero* Neuk.

Historiarum lib. v: *sella surgere, caput aperire solitum.* Terentius in Adelfis: *ut triduo hoc perpetuo prorsum e lecto nequeat surgere.* Virg. lib. viii: *surgit et, aetherii spectans orientia solis Lumina.*

Sacrum est sacratum vel religiosum. Virg. lib. vi: *Cererique sacrum Poleboeten.* Et in lib. vii: *sceptrumque sacerque tiaras.* Sacrum etiam scelestum et detestabile; ita et consecratum. Afranius Fratribus: *o sacrum succurram et malum!* Plautus Poenulo: *vendit eas crinis, et nutricem et virginis Praesenti argento homini, si leno est homo, Quantum hominum terras sustinet, sacerrimo.* Virgilius: *auri sacra fames!* Lucilius Satyrarum lib. xv: *ac de istos sacer illoto colfos ax sirofenix Quid facere est solitus?* Turpilius Demetrio: *setiam me irridens, pessime ac sacerrime?* Idem India: *abhinc triennium sacerrimum domicilium hoc quidam contulit leno.* Varro Lege Minia: *signati sacra esse desierunt, posteaquam homines sunt facti.*

(p. 398.) Saucii dicuntur proprie vulnerati, non mesti, sicuti vult consuetudo. Accius Foenissis: *ubi nunc vestra moenia omnis sauciosConvisit, ut curentur diligentius.* Turpilius Epiclero: *patrocinantem ubi factum audiverit saucius.* Sallustius Hist. lib. ii: *avidisque, ita promptis ducibus, ut Metellus ictu tragulae sauciaretur.* Virg. in Aen. lib. ii: *qualis mugitus, fugit cum saucius aram Taurus.* Et lib. vii: *saucius at quadrupes nota intra tecta refugit.* Varro de vita P. R. lib. iiii: *itaque multis civibus ex utraque parte sauciis, multis occisis fugatur.*

Supplicium dicebatur damnatio vel poena. Virg. in Aen. lib. iiii: *medii, si quid pia numina possunt, Supplicia hausurum scopulis.* Supplicium rursus supplicatio. Sallustius in Catilinae bello: *in suppliciis deorum magnifici.* Accius Epigona: *nunc pergamus suppliciis placans caelitum aras expleam.* Afranius Fratres: *nullam profecto accessi ad aram, quin deos Supliciis, sumptu, vatis, donis, precibus, plorans, obsecrans, Nequiquam defetigarem.*

Samium est testeum. Lucilius Satyrarum lib. xiii: *et non pauperitiae Samio curtoque catino.* M. Tullius de Re publica lib. iii: *et non pauper uti oratio*, et in lib. vi: *Laeli, quam omnes habemus in manibus, quam simpuia pontificum diis immortalibus grata sint Samiaequae, ut hi scribit, cappudines.* Samium rursum acutum; unde et samiare dicimus acuere, quod in Samo

10 *sufferre* cjHerm. op. V. p. 285. *Polyphoeten* 20 Virg. *scurram* vulg. *v. has omnes* Miller. *terra* vulg. *sacerrimũm* cjCosta. *saxyrophoenix* B. *audistis sacer ille τόχος Syphax Syr.* mgJ. *isto sacer illoto collo ac Syroph.* cjTurn. 29, 2. *isto sacer ille tocoglyfos ac S.* cjRoth 30 prGerlach. *huc q.* Turn. *signa tum sacra* cjLips. Ant. lect. 1, 18. *signata* 583. Frut. Popma. *h. facti s. sacri* cjFrut. ap. Gr. II. (p. 398.) p. 841. *obit nunc* cjMerc. *Patroclum autem ubi f. audierit saucium* cjLips. ep. q. 5, 2. *ita promptis* cf. p. 553, 27. *epigono* G. L. *erigono* B. *Erigona* cjM. *Epigonis* 10 Bothe, Bergk. *pergamus ut* mgJ. *pergam ut* cjFrut. ap. Gr. II. p. 844. *fratribus* A. 20 526. Steph. J. *fratriis* mgJ. *votis* cjBong. ad Just. 62, 37. *sympuviis* cjV. D. *extat oratio Laelii q. . . sympina pont. . . sint samiaeque, ut is scribit, capedines* cjJ. adiutus Ms. ita in Animadv. p. 92. a. 1556. *si imperia pont. . .*

hoc genus artis polleat. Lucilius Satyrarum lib. vii: *hanc ubi vult male habere, ulcisci pro cele eius, Testam sumit homo Samiam, ibi an uno telo inquit, Praecidit* (p. 399.) *caulem, testisque una amputat ambo.*

Spernere, fastidire. Virg. Aen. lib. iiii: *comitemne sororem Sprevisti moriens?* Terentius in Andria: *tot modis contemtus, spretus? facta, transacta omnia.* Spernere rursum segregare. Ennius Haectoris Lytris: *melius est virtute eius; nam saepe virtutem mali Nanciscuntur; ius atque ecum se a malis spernit procul.*

Subdere, supputare. Terentius in Adelfis: *numquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit.* Lucilius Satyrarum lib. xxviiii: *eodem uno hi modo errationes subduceret suas.* M. Tullius in Hortensio: *non et sine ea cogitatione ineundis subducendisque rationibus.* Idem de Finibus bonorum et malorum: *qui autem esse potest, nisi te amor ipre ceperit? quod non subducta utilitatis ratione effici solet.* Subducere est surripere. Turpilius Lyndia: *ego interim in turba foras Subduxi cum hac me.* Virg. in Bucolicis: *et sucus pecori et lac subducitur agnis.* Terentius in Eunucho: *ubi primum potuerit, se illi subducet, scio.* Lucilius lib. xxx: *neu qui te ignoro famulis subducere.* M. Tullius in Hortensio: *an cum videat me et meos comites, fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam, constantiam, gravitatem, fidem, ipsa se subducat?* Subducere etiam susum ducere, levare. Turpilius Paraterusa: *cum antehac videbam stare tristis, turbido Vultu, subductis cum superciliis, senes.* Varro Heuren ae lopas to ponia περὶ καθηκόντων: *ego unus scilicet antiquorum hominum subductis superciliis dicam ταμησιονουν ἔχων.* Sallustius in Iugurthae bello: *dein cunctos* (p. 400.) *pleno gradu in collem subducit.* Virg. in Bucolicis: *qua se subducere colles Incipiunt.* M. Tullius de Officiis lib. iii: *huic ille: classem Lacedaemoniorum, quae subducta esset ad Cytaeum, clam incendi posse.* Plautus in Aulularia: *ut in puteo cenam coquam: Inde coctam sursum subducemus corbulis.*

Stupidus est obstupefactus. Stupidus, stultus et iniquus. Varro περὶ ἐαγωγῆς: *Andromeda, vincta et proposita cito, non debuit pari suo, homini stupidissimo, in os spuere vitam?*

Suspicere est susum aspicere. Virg.

sine samio quae ut his 526. J. *simpula .... samiaeque cappedines* Turn. 29, 2. *procellae eius* J. *samia mibia nuno telo .. praecedit caulem testisque* B. *pro sceleribus* cjGerlach. *pro scelere eius .. sibique illico telo Praecidit .. testisque* cjJDusa. *humo samiam* Dusa. *mihi iam nunc telo inquit praecidi c.* cjGerlach. (pag. 399.) *inquit* om. cjJDusa. *praecessit* J. *listris* W. cf. Frut. et Guil. 3, 3. *virtutem .. spernit pr.* cjFrut. ap. Gr. II. p. 813. V. p. 385. *virtute ius* Guil. Scal. ad Varr. R. R. 2. p. 74. *virtute* (i. e. *robore.*) *nascuntur* W. *SUBDUCERE supp.* J. M. *rationes subd.* J. *qui a. e. poteris* Or. *amor ipse* Merc. cf. p. 331, 25. *quis te ignoret* J. *nequit te ignaro* cjGerlach. *εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα περὶ καθηκόντων ἢ γεγαμηκότων* Scal. cf. Turn. 29, 2. *π. τῶν μιμητων* cjPopma. *Θάλητος νσῦν ἔχων* Turn. 29, 2. *ταμιεῖον συνέχων* J. Popma. *τὰ μητίνου νοῦν ἔχων* mgJ. *Gytheum* mgJ. (p. 400.)

lib. I: *et fastigia suspicit urbis*. Varro Agathone: *et pueri in aedibus saepius pedibus offensant, dum recentes musteos in carnario fluitare suspiciunt*. Suspicere est suspectum habere. Sallustius in Iugurthae bello: *per idem tempus Bomilcar, cuius impulsu Iugurtha deditionem, quam metu deseruit, inceperat, suspectus regi et eum suspiciens, novas res cupere, ac perniciem eius dolum quaerere*. Virg. Aen. lib. II: *suspectaque dona Praecipitare iubet*. Et Cicero de Oratore: *quo prudentia hominibus grata est, lingua suspecta*.

Subigere, acuere. Virg. lib. VII: *subiguntque in cote secures*. Subigere, exercere, mollire. Cicero de Oratore lib. II: *subacto mihi ingenio opus est, ut agro non semel arato, sed novato et iterato*. Subigere est superare et sub dicione habere. Virg. Aen. lib. I: *ternaque transierint Rutulis hiberna subactis*. Sisenna Historiarum lib. IIII: *terrore perturbatam multitudinem subigunt*. Subigere, exarare. M. Tullius de Senectute: *cum autem admiraretur Lysander pro-* (p. 401) *ceritatem arborum et derectos ordines et humum subactam atque puram*. Subigere, mollire vel exercere. Virg. Georg. lib. II: *aut scrobibus mandet mutata subactis*. Lucilius lib. XXX: *an ego te acuam atque animosam Tessalam, ut indomitam frenis subigam ante domemque?* M. Tullius in Hortensio: *ut enim segetis agricolae subigunt aratris multo ante quam serant*. Et de Senectute: *sed etiam ipsius terrae vis ac natura delectat; quae cum gremio mollito et subacto sparsum semen excepit*. Varro Sesqulixe: *antequam mitia subactus aliquot annis erat*. Subigere, cogere. Virg. in Georg. lib. III: *et saepe superbos Cornibus inter se subigit decernere amantis*. Et lib. VI: *castigatque auditque dolos subigitque fateri*. Lucilius lib. XXX: *tune iugo iungas me ante, et succedere aratro Invitum, et glebas subigas proscindere ferro?* Plautus Mercatore: *mirum, quid me subigitaret*.

Summum significat, quod omnibus sit altius. Virg. in Aen. lib. III: *summoque ulularunt vertice Nymfae*. Idem lib. XII: *apicem tamen incita summum Hasta tulit, summasque exti vertice cristas*. Summum, proximum. Cicero Tusculanarum lib. I: *summam aquam attinget senectus siti Tantalus*. Summum, extremum. Virg. Aen. lib. II: *venit summa dies et ineluctabile tempus Dardaniae*. Lucilius lib. XXVI *isculitate summa, scabie summa,*

ceto, non d. patri cjJ. Popma. *expuere* G. L. *exspuere* J. 583. Popma. *ped. offensum* G. cf. Turn. 28, 12. qui intelligit de caseis recentibus. *dum nefrendes musteos* (i. e. *testiculos ovium*) Popma. *et ipse eum* Sal. *quod prud.* Cic. *et proceritates arb. et dir.* (pag. 401.) *in quincuncem o.* Klotz. *subicere* W. *te acrem atque* Dusa. *te equam* cjMerc. *an equam te acr m* cjTurn. 28, 8. probGerl. de amica acri et superba. *ante ergo Trinariam atque a. Thessaliam indomitam fr. subigantque domentque Bellando* cjJ. e Ms. ad p. 233. *et indomitam* probM. Gerlach. *segetes* fr. cf. 395, 15. *ac subacto* Kl. *a. militia* cjM. *subig.* cf. p. 285, 29. *castigat aud.* W. cf. p. 251, 27. *invitam* Guil. 2, 1. *quin me* M. *subagitaret* J. *hasta tulit summasque excussit vertice cristas* J. M. *attingens enectus* vulg. XXVII. *squalitate* M. cf. p. 126, 5. 226, 6. *valet. opt.* ante M. fr.

in erumna obrutam. M. Tullius in Hortensio: *vixit ad summam senectutem optuma valetudine.* Summum, gloriosum, laudabile. Virg. lib. VIII: *mene* (p.402.) *igitur socium summis adiunge rebus, Nise, fugis?* Ennius Andromaca haec malo: *annos multos longique ab domo, Bellum gerentes summum, summa industria.*

Spectare, dirigere. Lucilius lib. XXX: *quid sibi vult, quare fit, ut intravorsus aetate Spectent atque ferant vestigia sed omnia prorsus?* M. Tullius de Officiis lib. III: *ad extremum, si ad perniciem patris re spectabit, patriae salutem anteponam et saluti patris.* Spectare est videre. Virg. in Georg. lib. I: *heu magnum alterius frustra spectabis acervum.* Lucretius lib. II: *et terrae magnum alterius spectare laborem.* Virg. lib. XII: *sedeant spectentque Latini!* M. Tullius in Hortensio: *caeli signorum admirabilem ordinem insatiabilemque pulchritudinem magis spectat.* Spectare, inspicere, cavere. Plautus in Asinaria: *spectandum ne cui anulum det, neque roget.* Spectare, probare. Cicero Tusculanarum lib. V: *non igitur ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt.* Terentius Prologo Andriae: *spectandae an exigendae sint vobis prius.* Virg. lib. VIII: *sunt nobis forti bello Pectora, sunt animi et rebus spectata iuventus.* M. Tullius de Officiis lib. II: *qui, simul ac iuvenis esse coeperunt, magna spectare atque ad ea rectis studiis debent contendere.* Varro Gnoti seauton: *qui sint secundum naturam perfecti homines, ut non modo eos spectemus, sed etiam imitemur.*

Stringere, percutere. Virg. in Aen. lib. X: *atque animum patriae strinxit pietatis imago.* Stringere, nudare vel exserere. Virg. in Aen. lib. XI: *strictum rotat acer Lucagus ensem.* Stringere, rarefacere, excidere. (p. 403.) Virg. in Bucolicis: *hic, ubi densas Agricolae stringunt frondes.* Et in Georg. lib. II: *tunc stringe comas, tunc brachia tonde.* Stringere, decerpere. Virg. in Georg. lib. I: *sed tamen et quernas glandes tunc stringere tempus, Et lauri bacas.* Varro de Re rustica lib. I: *quod non solum* celeriter praeterire *stringit vacam, sed etiam ram glubit.* Stringere, radere. Virg. lib. VIII: *ego sum, pleno quem flumine cernis Stringentem ripas.* Stringere, vulnerare. Virg. lib. VIII: *hunc primo levis hasta Themillae Strinxerat.*

Succedere dicitur in alterius locum venire. Virg. lib. X: *interea soror alma monet succedere Lauso Turnum.* M. Tullius de Officiis lib. III: *at, qui quodam veneno perficiat, ut veros heredes moveat, in eorum locum ipse succedat?* Succedere, ingredi. Virg. lib. VIII: *et nostris*

(pag. 402.) *haec malos annos multosque* Col. *male annos multos* mgJ. *Andromacha aechmalotide* cjRoth. αἰχμαλώτῳ cjGerlach. *fit, introvorsus ut ad te . . se omnia* Gif. p. 440. *intus versus et ad te* cjTurn. 30, 9. cf. 303, 17. *se omnia* cjTurn. Dusa. *v. et omnia* Guil. 2, 1. al. ap. Dusam. *patriae res . . anteponet* Cic. *e terra* Forb. *spectant* fragm. *Asin.* cf. p. 383, 2. *atque roget* mgJ. Terent. cf. p. 291, 2. *spectandi . . exigendi* W. *fortia* Virg. *Ii simul . . . iuvenes . . . et ad* Orell. *qui sunt* Popma. *tum . . tum* Virg. (pag. 403.) *strigit vacant* W. *bacam . . . . ramum* M. *noceat, qui quodam quasi veneno* Orell.

succede paenatibus hospes! Afranius Excepto: *audite, pueri, pauca; vos succedite.*

Subit, in memoriam reducitur. Virg. Aen. lib. ii: *subit deserta Creusa.* Subire significat ingredi. Virg. lib. viii: *haec, inquit, limina victor Alcides subiit.* Lucilius lib. xxviii: *pueri praeterea nostris qui subeant iubet.* Subire, succedere. Varro Sexagesi: *in quarum locum subierunt inquilinae impietas, perfidia, impudicitia.* Subire, subdere, supponere. Virg. lib. x: *Aeneae subiit mucronem, ipsumque morando Sustinuit.* Subire, nasci, succrescere. Virg. in Georg. lib. i: *ne subeant herbae, neu pulvere victa fatiscat.* Subire, aggredi, succedere. Virg. (p. 404.) lib. viii: *Cadumque Herbaesumque subit.* Subire, respondere, resistere. M. Tullius in Verrem Divinatione: *poterisne eius orationi subire?*

Secare dicitur excidere. Virg. lib. viii: *qualis Nereia Dato et Galatea secant spumantem pectore pontum.* Secare, sequi, unde et sectatores bonorum sectoris dicti sunt. Virgilius lib. x: *quae cuique est fortuna hodie, quam quisque secat spem.*

Squalidum, sicuti plerumque, dicitur sordidum. Virg. in Aen. lib. ii: *squalentem barbam, et concretos sanguine crinis.* Squalidum, fulgens. Virg. lib. x: *per tunicam squalentem auro, latus haurit apertum.*

Scitum, eligans. Terentius in Andria: *per ecastor scitus puer est natus Pamphilo.* M. Tullius in Verrem actione Siciliensium: *ut etiam nos, qui rudes harum rerum sumus, intellegere possumus, scite facta et venuste.*

Sedet significationem habet claram. Virg. lib. viiii: *Turnus sacrata valle sedebat.* Sedet, placet. Virg. lib. v: *idque pio sedet Aenae, probat auctor Acestes.*

Sustulit est susum tulit, erexit. Virg. Aen. lib. ii: *sustulit exutas vinclis ad sidera palmas.* Sustulit, abstulit. M. Tullius Filippicarum lib. x: *eos, qui regni nomen sustulerint, deserendos putatis.* Virg. in Georg. lib. i: *sustulerit fragilis calamos silvamque sonantem.*

Spargere significat destillare vel guttatim fundere. Virg. lib. xii: *spargit rapida ungula rores Sanguineos.* Idem lib. iiii: *spargens umida mella* (p. 405.) *soporiferumque papaver.* Spargere, madefacere. Lucilius lib. xviiii: *latere pendens, saxa spargens tabo, sanie et sanguine atro.* Virgilius: *spumant aspargine cautes.* Spargere, separare. Virg. in Georg. lib. iiii: *diversum latos iuvenem sparsere per auras.* Spargere, inplere. Virg. Aen. lib. viiii: *et iam prima novo spargebat lumine terras.* Spargere, gut-

20 *pueris* cjFrDusa. *orationem sub.* J. cfr. (pag. 404.) Arus. Mess. p. 259. Lind. *per* 10 *tun.* cfr. p. 319, 25. 452, 27. *possimus* 20 G. L. *sustulit* cfr. p. 300, 6. *humida* 30 cf. p. 405, 10. 220, 9. xxviii: *latere* G. (pag. 405.) cfr. Cic. Tusc. I. §. 107. qui ex Ennii Thyeste laudat. Columna putat Lucilium in Sat. haec Enniana verba inseruisse. *sanie* om. J. Dusa. *discerptum* … *agros* Virg. cfr. p. 404, 33. 220, 9. 10 *si Soc.* L. J. 583. Dusa. *si Socratis amores in* al. ap. Dusam. al. in mgJ. *Si Socr. est in amore adolesc. m. p. f.; s. ac si nihil a.* cjGebh. p. 65. *sic Socratis amores in ad.*

tatim fundere. Virg. Aen. lib. IIII: *spargens humida mella.*

SIGNARE est designare, ostendere. Lucilius lib. XXVIIII: *sic Socrates in amore et in adulescentulis meliore paulo facie signat nihilque amaret.* Signare, imprimere. Virg. Georg. lib. III: *et summo vestigia pulvere signent.* Signare, discernere, separare. Lucilius lib. XVIIII: *nam ut discrimen non facit neque signat linea alba.*

SOLIDI significatio manifesta est. Virg. lib. VI: *solidoque adamante columnae.* Solidum, continuum, iuge. Varro Sesqulixe: *navibus duodecim dum profectum decem annos solidos errasse.*

SUBNIXUM, subditum. Virg. Aen. lib. III: *iuvenemque superbum, Servitio enixae, tulimus.* Subnixum. Virg. Aen. lib. IIII: *Meonia mentum mitram crinemque madentem Subnixus, rapto potitur.* Subnixum, sublime; hoc est, susum nixum. Caelius Annali lib. I: *ea Latini subnixo animo ex victoria inerti consilium ineunt.*

INCIPIT PER T. LITTERAM.

TANDEM significat vix, ut apud Ciceronem: *tandem aliquando, Quirites.* Virg. in Aen. lib. III: *ergo insperata tandem tellure potiti.* Tandem significat et tamen. Titinius in Ge- (p. 406.) mina: *sin foma odio sum, tandem ut moribus placeam viro.*

TAMEN ipsum significat statim. Plautus Rudente: *utinam fortunam nunc anutinam terent, cum exissem ex aqua, rerem tamen.* Virg. in Bucolicis: *hic hedos depone, tamen veniemus in urbem.* Tamen significat tandem. Pacuvius Periboea: *tamen offirmato animo mitescit metus.* Sallustius Histor. lib. III: *nam qui enare conati fuerant, icti saepe frumentis navium aut afflicti asuis undarum vi, mulcato fede corpore, postremum interent tamen.*

TOGA dicta est a tegendo; et est toga, sicut in consuetudine habetur, vestimentum, quo in foro amicimur, cuius et Cicero meminit in Catilinam: *velis amictos, non togis.* Titinius Fullonibus: *quae inter decem Annos nequisti unam togam detexere.* Dicitur et tectum. Titinius Gemina: *si rus cum scorto constituit ire, clavis ilico Abstrudi iubeo, rusticae togae ne sit copia,* id est tecti.

TOLLERE, occidi. Lucilius lib. XXVI:

cjLips. ep. q. 4, 19. *nihil quod a.* cj. idem. *sic Socrates in am....nihil quod a.* cjMerc. ad Aristaenetum, ubi 282, 27. 465, 16. praeponi iubet. *nam disc.* Dusa. cfr. Victor. 20, 22. *domo prof.* Vulg. *enixae* cf. p. 407, 13. 458, 30. 297, 10. *mitra cr.* Virg. *Q. Claudius: ea dum fiunt* mgJ. e Gell. 17, 2. *e latinis* B. *et Latini* Vulg. *et victoriae certi* cjCanter. 5, 22. Ursin. *et vict.* J. *Sin forma* (pag. 406.) Lips. ant. lect. 1. 2. *Symphonia* Vulg. J. 583. *anatinam uterer ut* Plaut. *arerem* id. *saepe fragmentis* cjMerc. *adflicti alveis undarum* cjMerc. *postre et pluvio contristat* p. 409, 14. ita pergunt sine ullo lacunae signo MssMerc. W.L.G. Montp. Harlej. omissis sqq. quae transposita erant in lib. I. p. 3, 16. In B. ita verba iuncta: *mitescit metus. Triste amarum* 409, 22. in b.: *saepe signif. statim. Triste severum* 409, 18. *mum itercs tamen* ita pergit MsVict. *mum intereni* vel *interent tamen* L. *mum iterert* W. *postremo interiere tamen* cjMerc. *p. tamen periere* Gerl. *adflicti alveos undarum maleato corpore interibant* Arusian. cod. Ambros. *detexere unam nequiisti*

ad cui? quem febris una atque una ἀπειψία, Vini, inquam, hiatrus unus potuit tollere. Tollere, mittere. Virg. Aen. lib. II: *clamores simul horrendos ad sidera tollit.* Tollere, transferre. Virg. Aen. lib. II: *unius in miseri exitium conversa tulere.* Tollere, inferre. Virg. in Georg. lib. III: *tollentemque minas et sibila colla tumentem Deice.* Tollere est elevare. Virg. Aen. lib. I. et lib. XII: *et mulcere dedit fluctus et tollere vento. Tollit se adrectum quadrupes.* M. Tullius Filippicarum lib. XI: *vel in cae-* (p. 407.) *lum vos, si fieri potuerit, umeris nostris tollemus.* Lucilius lib. XXVIII: *tanti se temporis montes et faetera tollent.* M. Tullius in Hortensio: *nihil tamen esse, in quo se animus excellens tollere.* Tollere, ostendere, erigere, extollere. Virg. Aen. lib. I: *cui mater media sese tulit obvia silva.* Idem lib. VII: *laborum Prima tulit finem.* Tollere, occidere. Varro Sexagesi: *nunquis patrem decem annorum natus non modo fert, sed tollit, nisi veneno?* Tollere est et differre. Plautus Poenulo: *omnis extollo ex hoc die in alium diem.* Tollere, pati, sustinere. Virg. in Aen. lib. III: *iuvenemque superbum, Servitio enixae, tulimus.* Et lib. XII: *non tulit instantem Fegeus animisque frementem.* Terentius Formione: *ego te complures advorsum ingenium meum menses tuli.* M. Tullius in Verrem Divinationis: *tuli graviter et acerbe, iudices.* Idem de Officiis lib. II: *nisi enim multorum impunitates scelera tulissem.*

Tenacia est perseverantia et duritia. Ennius Haectoris Listris: *ducet quadrupedum iugo invitam, doma, infrena et iuge valida, quorum tenacia infrenari minis.* Tenacia, parsimonia. Afranius Privigno: *vixisti tristis, durus, difficilis, tenax.*

Tempestas est turbo ventorum. Virg. in Georg. lib. I: *quid tempestates autumni et sidera dicam?* Tempestas, tempus. Sallustius in Iugurtha: *ea tempestate in exercitu nostro fuere complures novi atque nobiles.* Lucilius lib. XXVII:

togam Bothe. *Syrus cum* 1476. 511. A. J. *constituerit ire . . rustici illi ne sit tecti copia* cjHerm. Op. V. p. 270. *iubeo, tecti ne sit copia* Neuk. reliq. omissis. Omnia sana Gerl. *tollere, occidere* cjMerc. *adivi quem* A. *audivi* J. Dusa. *cyathus* Ms. Casaub. cjJ. *hiatus* J. cf. Barth. p. 1182. cfr. p. 29, 17. et p. 415, (pag. 407.) 13. *tantis imperiis* vel *emporiis mentes ad soedera* (i. e. *sydera*) *tollent* cjPalmer. p. 163. quam unam conj. probat Gerl. V. D. h. l. variis coniecturis corruperunt. *Tanti temporis se montes et foedera* Dusa. cjScal. *tanti Se tempestatis montes ad sidera t.* cjJDusa. *tutius intentent mortes et foedera tollant* cjPaul. Merula ad Enn. Annal. *tollere non possit* cjMerc. *queat* supplet Or. *nam quis patrem nunc d. annos n. . . aufert seu tollit* cjScal. cj. p. 70. *aufert* 526. J. Popma. om. *tollo* W. m. 1. *iuv. sup.* cf. p. 297, 10. 391, 3. 405, 23. 458, 30. *impunita scelera* Cic. Or. probMerc. *scelerum* (*ra* spl.) MsVict. W. *quadrupedem* mgJ, alii ap. Bent. *invitam, indomitam, infrenam et iugo validam, cuius t. i. nequit* alii ap. Bent. *ducet quadrupedem iugo invitam, indomitam freno: valida quoius t. i. nimis* cod. Ursini. *duce quadrupedem i. invitum, doma infrenum et iunge valide: equorum t. i. m. nequit* cjLips. ant. lect. 5, 14. e cod. Vat. probGerlach. nisi quod *invitam* et *infrena* legendum puto. *duce q. i. invitam, im doma infrenem et iugo valido . . . . infrenabilis* cjScal. *duce q. iuga*

iam qua tempestate vivo certe sine ad me recipio. Pacuvius Teucro: *quam te post multis ebeor tempestatibus.* M. Tullius de Senectute: *cursus est certus* (p. 408.) *aetatis et una via naturae eaque simplex; suaque cuique parti aetatis tempestivitas est data.* Varro Endemionibus: *dum sermone cenulam variamus, Interea tonuit bene tempestate serena.*

Trepidare, metuere. Virg. lib. viiii: *dum trepidant, it hasta Tago per tempus utrumque.* Idem lib. viiii: *trepident immisso lumine manes.* Lucilius lib. xxx: *sed quid ego haec animo trepidante dicta profundo?* Trepidare, festinare. Virg. lib. viiii: *ne trepidate meas, Teucri, defendere navis.* Et Georg. lib. iiii: *tunc trepidae inter se coeunt pennisque coruscant.*

Tangere, ferire, commovere. Virg. lib. viiii: *nec solos tangit Atridas Iste dolor.* Idem lib. xii: *miseri te si qua parentis Tangere cura potest: oro.* M. Tullius in Frumentaria Verrinarum: *numquam tua me cura tuarum fortunarum, cogitatioque tangeret?* Lucretius: *nec bene promeritis capitur, neque tangitur ira.* Tangere est contingere. Lucretius lib. i: *tangere enim et tangi, nisi corpus, nulla potest res.* Terentius in Adelfis: *numquam, dum ego adero, hoc te tanget.* Tangere, inspicere. Lucilius lib. xxvi: *nequam prius quam venas hominis tetigit ac praecordia.* Tangere etiam circumvenire. Turpilius Demetrio: *at etiam ineptus meus mihi est iratus pater, Quia se talento argenti tetigi, veteri exemplo amanti.* Idem Leucadia: *hoc quaero, ignoscere Istic solentne as minoris noxias, Erum si forte, quasi alias res, vini cavo.* Lucilius lib. xxx: *et Musconis manu perscribere posse tagacem.* Pomponium Aleonibus: *at ego rusticatim tangam, urbanatim* (p. 409.) *nescio.* Tangere, contingere. M. Tullius in Verrem actione ii: *Verres simul ac tetigit provinciam.* Virgilius lib. viiii: *sat fatis Venerique datum, tetigere quod arva Fertilis Ausoniae Troes.*

Triste, crudele, immite. Virg. Aen. lib. ii: *illi mea tristia facta, Degeneremque Neoptolemum narrare memento.* Lucilius lib. xxx: *itaque tuis sevis factis et tristibus dictis.* Triste est maestum aut infestum. Virg. in Bucolicis: *tristis at ille: tamen cantabitis, Arcades,*

AFFICI malis tantum consuetudo praesumpsit, cum sit positum et bonis. M. Tullius de Officiis lib. I: *si quos* (p. 520.) *aliquo honore aut imperio affectos, observare et colere debemus.* Varro Eumenidibus: *coronam ex auro et gemmis fulgentem gerit, Luce locum afficiens.*

DECURIONES et CENTURIONES a numero, cui in militia praeerant, dicebantur. ACCENSI, qui his accensibantur, id est, adtribuebantur. Varro de vita P. R. lib. III: *qui de ascribtivis, cum erant adtributi decurionibus et centurionibus, qui eorum habent numerum, accensi vocabantur. Eosdem etiam quidam vocabant ferentarios, qui depugnabant pugnis et lapidibus, his armis, quae ferrentur, non quae tenerentur.*

LATERES apud quosdam, ut scrobes, cuius generis habeantur, incertum est: sunt autem generis masculini. Varro de vita P. R. lib. III: *nam lateres argentei atque aurei primum conflati atque in aerarium conditi.* Et in alio idem: *later quem conquadravit regius.*

MODESTIA, MODERATIO, MODUS, MODICUM, MEDIOCRE hunc habent ordinem, quod modestia fundamentum, soliditas, vasis ipsa virtutis est; e qua gignitur moderatio, quae temperat aurigatque modos; qui ex supra memoratis disciplinis in factis et in dictis et ceteris talibus, quae agendi officia sunt, iunguntur; modicum vero moderatum est; mediocre, quod medium. Ita saepe positum in magnis auctoribus aucupavimus. Varro Cato, vel de liberis educandis: *omnia, inquam, in docendis pueris, quae demta non prohibent verum bonum fieri, mediocria, modica sunt.*

PROVENTUM etiam malarum rerum dici veteres voluerunt. Lucilius (p. 521.) lib. XXVI: *dein, quae adeo male me accipiunt, decimae, et proveniunt male.*

INBUERE consuetudo inducere vel inficere existimat, cum sit proprie maculare vel polluere vel inficere. Accius Armorum iudicio: *inter quos saepe et multo inbutos sanguine.* Idem Melanippo: *credite, me amici mortem inbuturum manus.* Pacuvius Periboea: *nam si te tegeret pudor, Sive adeo*

rerum humanarum cjPopma, probM. *h. habisse* W. *idem enim* edd. praeter princ. *M. Tullius* p. 359, 30. *si quo* L, princ. A. *Varro* p. (p. 520.) 540, 15. *fulgentibus* msFabri. *luce polum* cjHeinsius. *inficiens* cjWakefield. *accensebantur* edd. *quid de ascr.?* cjBentin. Stewech. *qui de ascr. sunt; qui cum erant* Popma. *haberent* Scal. Popma. *dep. fundis et* Popma. *ferentur* W. *Et in alio* p. 131, 15. *later quod* JM. *conq. religio* mgJ. *basis ipsa* edd. *factis sunt et* L, A. *quae damta* W. *quae damna* ante M. *quae damno nimia* cjPopma. *quae datu* mgJ. *quaedam tamen* M. *virum bonum* M. *modica sunto* cjPopma. *deni-* (p. 521.) *que adeo* princ. M. *intra quos* princ. *multo imbutus* cjBothe. *me* om. W, 1480. M. *credisne a.* cjWelcker. *morte imb.* J, Bothe. *morte me imb.* M. *te regeret* 1526. JM. *cum satis dix.*

cor sapientia inbutum foret. M. Tullius de Re publica lib. v: *quae cum Scipio dixisset, admodum probans nummius (erat enim odio quorum rhetorum inbutus.)* Varro Ἑκατόμπεβη, περὶ θυσιῶν: *at regis ensis sanguine inbutus nigro.* Sallustius Catilinae bello: *ea quasi venenis malis inbuta, corpus animumque virilem effeminat.* Virg. lib. vii: *quae fors prima dedit, sanguis novus inbuit arma.* M. Tullius in Hortensio: *uti, qui conbibit purpuram volunt, sufficiunt prius lanam medicamentis quibusdam: sic litteris talibusque doctrinis ante excoli animos et ad sapientiam concipiendam inbui et praeparari decet.* Varro Agatone: *ideo, quod maiores nostri virginis acerbae auris Veneris vocabulis inbui noluerunt.*

Compotem bonae rei solum dici existimatur, cum etiam mala re positum sit. Accius Clytemestra: *cur meae miseram inridet, magis compotem et multis malis?*

Mira, miracula veteres pro monstris vel horrendis ponebant. Lucilius Satyrarum lib. i: *miracla ciet et elefantas.* Plautus in Amfitryone: *nimia memoras mira; sed vidisti uxorem meam?* Virg. Georg. lib. iiii: *omnia conmutat sese in miracula rerum.* (p. 522.)

Diem volunt, cum feminino genere dicimus, tempus significare, masculino diem ipsum: nos contra invenimus. Turpilius Pedio: *quando equidem amorem intercapedine ipse lenivit dies;* id est, ipsum tempus. Pacuvius Duloreste: *gnatam despondit, nuptiis hanc dat diem.* Virg. Aeneidos lib. ii: *ergo dies infanda aderat; mihi sacra parari.*

Victorem altae rei superatorem dici voluit Virg. Georgicon lib. ii: *inde secutus Per ramos victor atque alta cacumina regnat.*

Ver sacrum quidam dictum putant, ut plerumque, vitabile et exsecrandum. Sed Sisenna religiosum dicit, Hist. lib. iiii: *quondam Sabini feruntur vovisse, si res conmunis melioribus locis constitisset, se ver sacrum facturos.*

Apud, ad. Lucilius lib. xxx: *aut cum iter est aliquo et causam conmenta viaut apud aurificem, ad matrem, cognatam, ad amicam.* Error consuetudinis aput pro in utitur. Itaque vitiose dicimus, cum nos in foro fuisse dicamus, apud aut ad forum fuissese,

1 msVatic. *probatis* 1 msVat. *probat* cjPigh. *nummus* 1480. *numius* 4mssVatt. *nimis* AJ. *nimium* 1 msVat. *Mummius* princ. mgJ. cjPigh. *Mummius, e. c. nimis odio* Mai. *quorum* om. A J. *quodam eteorum* 1 msVat. *quodam rh.* mgJ. cjPigh. Mai. *reorum recte* princ. *quorum reorum* 3mssVatt. 1480. *quarum rerum* 1 ms Vat. *M. Tullius* p. 386, 9. *ut hi qui* cjBentin. M. *combibi* M. *Varro* p. 247, 18. *existimat* L. *cur me mis.* edd. *magnis* cjLips. M. *e multis* mgJ. *Mira vel miracula*, superscr. et L. *cient elef.* cjJ, M. *ciet telef.* W. L m. 2. ante M. *vidistin'* AJM. *quando et quidem* L. (p. 522.) *quando quidem* cjGulielm. *lenibit* cjGebhard. *hanc dicit* ante A. *Ver sacrum ab antiquis dictum quotiens iuventus egressa a parentibus urbes condebat, ab apium examine tractum* mg W. *Sisenna* cf. p. 277, 11. *novisse* W, princ. *At cum* Gulielm. *Ut cum* cjLips. *al. causam et comm.* cjLips. *commenta viavit Aut* mgJ, Gulielm. Palm. *commenta viai Aut* cjLips. *Aut apud* princ. *apud aut forum* L. *fuisse cum*

cum apud iuxta significet. Accius Eurysace: *apud ipsum adistas.* Turpilius Leucadia: *utinam nunc apud ignem aliquem magnum adsidam.* M. Tullius de Re publica lib. III: *cuius etiam focum Cato ille noster, cum venerat ad se in Sabinos, ut ex ipso audiebamus, visere solebat; apud quem sedens ille Samnitium, quondam hostium, tum iam clientium suorum, dona relegaverat.* Accius Diomede: *adsum apud te, genitor.* Sallustius in Iugurthino bello: *ceterum* (p. 523.) *apud aquam Syllam cum equitibus noctem agitare iubet.* Apud etiam pro in dictum invenimus, ut Terentius in Andria: *apud forum modo id Dabo audibo.* M. Tullius de Signis: *cenam isti dabat apud villam in Tyndaritano.*

Pro et ante significat. Virg. lib. VIII: *stabat pro templo, et Capitolia celsa tenebat.*

Operari est deos religiose et cum summa veneratione sacrificiis litare, vel convivari. Pomponius Praecone posteriore: *ad Veneris profectu est mane vetulus, votum ut solveret: Ibi nunc operatus est.* Afranius Excepto: *proficiscor: res, tempus, locus, Simul otium hortabatur, ut operatum Illum Dianae digerem sanctum diem.* Idem in eadem: *iubeo hominem tolli et conlocari et confoveri; solvo operam Dianae.* Virg. Georg. lib. I: *letis operatus in herbis.* Lucilius lib. XXX: *aut operat aliquo in celebri cum aequalibus fano.*

Sexagenarios per pontem mittendos male diu popularitas intellexit, cum Varro de vita P. R. lib. II. honestam causam religiosamque patefecerit: *cum in quintum gradum pervenerant atque habebant sexaginta annos, tum denique erant a publicis negotiis liberi atque otiosi. Ideo in proverbio quidam putant venisse ut diceretur, sexagenarios de ponte deici oportere, id est, quod suffragium non ferant, quod per pontem ferebant.*

Stricturae dictae sunt, quae de ferro candenti micant, cum massa malleis cuditur, unde et incus est appellata; dictae autem, quod aut strictius emittantur, aut quod oculos ful- (p. 524.) gore perstringant. Virg. lib. VIII: *stricturae Calibum, et fornacibus ignis anhelat.*

Proximum dicebant veteres non solum adherens et adiunctum, verum etiam longe remotum, si tamen inter duo discreta nihil medium exstitisset. Virg. Aen. lib. V: *proxumus huic, longo sed proximus intervallo, Insequitur Salius.* Ita et Sallustius in situ Ponti de promunturiis Paphlagonum et quod triu metopon appellavit, posuit.

Memini illam rem, difficilius dictu

edd. praeter A. *adstas* M. *adsistas* cjGerlach. *Tullius* p. 68, 17. *sedens Samn.* edd. prae- (p. 523.) ter princ. *modo e Davo audivi* edd. *autibo* W. L m. 2. *Tullius* p. 278, 21. *sacr. laetare* msPalat. *profectu'st* Munk. *ut operarium* cjHerm. *dicrem* princ. *degerem* edd. reliq. *letus oper.* W, ante A. *aut operatu'* J. *aut operata* cjGulielm. M. *in* om. W, M. *onestam* L. *in proverbium* 1480. AJ. *Stricturae* p. 21, 11. *Virg. lib. viii.* p. 21, 14. (p. 524.) χριοῦ μέτωπον AJM. *numeros* p. 353, 2. *nisi verba* W. *alternos* p. 499, 28 *turbae turba-*

putant plurimi. Virg. in Bucolicis: *numeros memini, si verba tenerem.* Et: *alternos Musae meminisse volebant.* Cicero de Oratore lib. III: *quid fuit in Graccho? quem tu melius, Catule, meministi, quod me puero tanto opere ferretur.*

Turbam et turbas diversam volunt habere significationem, ut sit turba populi conventus, turbae turbationes. Nos contra lectum invenimus et indiscrete positum et pro turbis turbam. Accius Adamante: *an dubito? ha, quid agis? cave, ne in turbam te inplicis.* Idem Stasiastris vel Tropeo: *non vides, quam turbam, quantos vel fluctus concites?* Turpilius Trasyleone: *nemo umquam vidit ebrium ire interdiu, Neque turbam facere, neque fores exurere?* Terentius in Eunucho: *ne quam ille hodie insanus turbam faciat ausum Tahidi.* M. Tullius de Senectute: *cum in illum divinum animorum concilium coetumque proficiscar, cumque ex hac turba* (p. 525.) *et conluvione discedam!* Plautus in Aulularia: *redeo intro, ne quid hic turbae fiat.* Caecilius in Imbris: *mirum adeo, nisi frater domi ebrius turbam aliquam dedit.*

Demensum Terentius in Formione quasi deminutum posuit: *quod ille unciatim vix demenso suo, Suum defrudans genium, conpersit miser.* Cicero de Oratore aestimatum vel aequatum dicit: *quae non ex insidiis, sed aperte palam elaborat, ut verba verbis quasi demensa et paria respondeant.*

Supervacuum non putat oportere dici Varro de vita P. R. lib. IIII, sed supervacaneum: *in quo est supervacuum pro supervacaneo.*

Caecum veteres pro inprovido dixerunt. Varro de vita P. R. lib. III: *neque id caeci consules fecissent, quae mandata arcana T. Ampio sedissent, autdivi dicentum GN. Magnum.*

Quotiens per accusativum casum annos vel dies loquimur, iuges annos vel dies significamus: quotiens per dativum, per intervallum interiectis aliquibus annis vel diebus. Itaque qui optantes multis annis dicunt, multos annos melius dixerint. Virg. Georg. lib. II: *ergo non hiemes illam, non flabra, neque imbres Convellunt; inmota manet, multosque per annos Multa virum volvens durando saecula vincit.* Plautus Trinummo: *quia ruri dum sum ego unos sex dies, Me absente atque insciente, inconsulto me, Aedis venalis hasce inscribsit litteris.* Turpilius Filopatro: *ecce autem, tuo more ut soles, videre mihi Egre pati, quia hos dies conplusculos Intercapedo sumpti faciun-*

tionem W. *ah dubito* 1526. J. *haut* vel *at dubito* cjBothe. *ah quid* 1480. AJ, Bothe. *implices* edd. *quantam turbam quantosve* ante M, Voss. *quam t. quosve* M. *fecere* L. *uxurare* W. *faciat aut vim Thaidi* edd. praeter princ. (p. 525.) *cumque* p. 82, 10. *Imbriis* Bothe, Spengel. *Umbris* AJ. *Terentius* p. 51, 9. 117, 29. *vix de demenso* M. *in Oratore . . elaboratur* M. *pro invido* L, princ. *consulis* W. *neque mandata* cjLips. Popma. *qui mandata* cjMartyni-Laguna. *dedissent* cjLips. Popma, Martyni-Lag. *dedisset* cjRoth. *audivi dicentem* cjPopma. *ut discedentem . .* (sc. retineret) cjMartyni-Lag. *per ablativum per interv.* 1480. AJ. *dixerunt* L. *ghiemes* W. *saeculo* M. *inconsultu meo . . inscribit* AJM. *Turpilius* p.

(p. 526.) *di fuit*. Idem Hetera: *rus ad illas conmigrat; Habitamus hiemem totam cum mulierculis*. Virg. Georg. lib. IIII: *septem illos totos perhibent ex ordine menses Flevisse*. Cicero de Re publica lib. I: *nec tantum Carthago habuisset opum sescentos fere annos sine consiliis et disciplina*. Idem de Re publica lib. II: *itaque illa praeclara constitutio Romuli, cum ducentos annos et xx. fere firma mansisset*. Sallustius Hist. lib. I: *et Diponem, validam urbem, multos dies restantem, pugnando vicit*. Lucilius lib. XXVI: *qui sex menses vitam ducunt, Orco spondent septimum*.

Dubio potius quam difficili intellectu vates posuit Mantuanus: *sed misera ante diem subitoque accensa furore*; cum huic sententiae adversetur versus eius, cum opinione sentiens plurimorum: *fortuna omnipotens, et ineluctabile fatum*. Verum sensibilitatis eius non levis ratio est, quae prima sententia philosophica accipit intellectum, quae ait: *sui cuique mores fingunt*, omnipotens fortuna esse desivit; quod Sallustius mire: *fortuna simul cum moribus inmutatur*. Ac per hoc ex ea similitudine iam fatum ineluctabile esse non poterit, quod ex una causa fortuna ferri videatur et fatum. Potest etiam fatum morum mutabilitate converti, ut ex his aut celer, aut tardum, aut bonum fiat, aut pessimum. Accensa enim furore Dido, amoris iniqua violentia, (qui, ut ipse ait: *omnia vincit amor*) ante diem merito videtur occidere. Quod etiam Homeri eius (p. 527.) modi est, (quem Virgilius noster omni aemulatione sectatur): φεσιν ἀτασθαλίεσιν ὑπὲρ μόρον ἄλται ἔχουσιν, quod est ὑπὲρ μόρον ultra decretum: quod si admittitur ut ulterius protendatur, quoniam id ex moribus factum est, (quod significat σφεσιν ἀτασθαλίεσιν) admittere poteritis de moribus properatam etiam fati celeritatem, ut intra diem possit admitti, quoniam recepit, ut Homerus ait, magnitudinem ultra vim fati.

Inpotentiam etiam potentiam auctoritas dedit. Sisenna Hist. lib. III: *sublatus laetitia nimia, atque inpotentia conmotus animi*.

Invenimus et in Varrone multis annis continuis dici, περὶ τετανηκότων: *cuius ubi annis multis masculi vestigium inventum est*.

Dona consuetudine haec habentur, quae aut propitiandis diis dantur aut hominibus pro benefactis redduntur,

(p. 526.) 484, 28. *Aegre id pati* JM *septem illum* 1480. M. *sescentes* W. *et xxx.* 1480. AJ. *et xxxx.* cjMai. *et digonem* msJ. *et deponere* ante 1526. *et ponere* 1526. J. *et Hipponem* vel *Vizonem* cjPutsch. *et Olyssiponem* cjJ. *et Tigennam* cjColer. *Lucilius* p. 283, 25. *sed mira* W. *quem huic* L. *qui prima* princ. *quia si prima* cjRoth. *sui eam cuique* 1480. *mores fortunam fingunt* JM. *fingunt* sc. *fortunam hominibus* cjRoth e Corn. Nep. vita Att. 11, 6. *desinit* edd. *eam fatum* L, princ. *fieri videatur* ante M. *postest etiam* W. *celere* ante M. *quia ut ipse* 1480. AJ. *omnia* p. 446, 6. σφῆσιν ἀτασθαλίῃσιν (bis) (p. 527.) . . ἄλγε᾽ ἔχουσιν AJM. *Impot. enim pot.* L m. 2. AJ. *Invenimus . . inventum est*: haec verba supra p. 526, 14. post *Orco spondent septimum* collocaverunt JM. π. γεγαμηκότων

sed auctoritate pro ultione positum manifestum est. Virg. in Bucolicis: *aut cum mutatos Terei narraverit artus, Quas illi Filomela dapes, quae dona pararit.*

Quando pro quoniam dici potest. Virgilius lib. vi: *unum oro. quando hic inferni ianua regis Dicitur.* Et rursus idem: *hic tibi (fabor enim, quando haec te cura remordet.)*

Vel pro etiam est. M. Tullius Epistula ad Brutum lib. viii: *et quod te tantum amat, ut me audeat provocare.* Lucilius lib. xxviiii: *hoc invenisset unum ad morbum illum homini vel bellissimum.* M. Tullius de Officiis lib. ii: *contraquae benivolentia fidelis vel ad perpetuitatem.* Idem in Hortensio: *vidi in dolore podagrae nihilo illum vel omnium maximum Stoicorum, Possidonium, quam Nicomacum Tyrium hospitem me-* (p. 528.) *um, fortiorem.* Virg. Georg. lib. iii: *Belgica vel molli melius feret esseda collo.* Varro Euminidibus: *ex his atque eius modi institutis ac vita vel ad Herculis atla athlaetae facti erant.* Item Virgilius: *carmina vel caelo possunt deducere Lunam.* Et Terentius in Eunucho: *vel rex.*

De pro ab. Lucilius lib. xxvi: *solus iam vim de clarasse prohibuit Vulcaniam.*

Pilumnus et picuminus dii praesides auspiciis coniugalibus deputantur. Varro de vita P. R. lib. ii: *natus si erat vitalis ac sublatus ab obstetrice, statuebatur in terra, aut auspicaretur rectus esse; diis coniugalibus, Pilumno et Picumno, in aedibus lectus sternebatur.*

Caduceus, pacis signum. Varro pronuntiat de vita P. R. lib. ii: *verbrunatus ferebat verbenam, id erat caduceus, pacis signum: nam Mercuri virgam possumus aestimare.*

Qui liberi fiebant, ea causa calvi erant, quod tempestatem servitutis videbantur effugere, ut naufragio liberati solent. Plautus in Amfitryone: *ut ego hodie raso capite calvus capiam pilleum.*

Luces numero plurali, quod sunt dies. Varro Ebdomadum, sub imagine Demetri: *hic Demetrius est catus, Quod luces habet annus absolutus.*

Quotiens genere neutro plurali numero opera legerimus, significantur fabricae. Virg. Aen. lib. iiii: *pendent opera interrupta, minaeque Murorum ingentes.* Cum genere feminino numero singulari, intellegendum aut

JM. *masculini* W, JM. *masculinum* ante A. *Asculi* cjPalmer. *ianua Ditis dicitur* edd. praeter princ. *ti fabor* W. *vel quod te* princ. *ut vel me* edd. reliq. *hoc evenisset* cjJDusa. *morbum ilium* cjFrDusa. *nihilo ipsum* AJM. (p. 528.) *atla* om. ante M. *athla* M. *Virgilius* p. 289, 11. *vel rex:* addunt *semper maximas mihi gratias agebat* msBas. 1532. JM. *de classe* AJM. *et picunnus* mgW, ante A. *Picumnus* AJM. *praesidiis* W, ante A. *duputantur* W. *terra, ut* mgJ, M. *verbenatus f.* M. *verbenarius* ante M, probHartung. *nam .. aestimare* Nonii esse iudicat NicLoensis. *existimare* AJ. *et naufr.* W. *propter calvitium pilleati liberti* mgW. *Lucis* (bis) W, 1480. M. *est ratus* ante A. *est natus* AJ. *quot luces* 1480. A. mgJ, M. *Dem. aeneas tot aptu'st, Quot* cjScal. probM. item Schrader. et Meyer. qui tamen *aereas* reponunt. *Dem. aeneu'st Athenis* cjIsaacVoss. *Dem. aeneas tot nactus est, Quot* cjPopma. *aut*

(p. 529.) opus vel labore pro mercede sumpta. Plautus in Asinaria: *par pari hostimentum datum, opera pro pecunia.* Vel occasio et facultas aut opportunitas. Plautus in Aulularia: *da mihi operam parumper, si opera est, Euclio, id quod te volo.* Afranius Vopisco: *deinde id quod dedita opera controversiae Concinno.*

Vile positum legimus pro frequenti. Varro Virgula divina: *atabos cum volucres venit apud illos, usque ad limina nidica vilis.* Virg. Georg. lib. I: *vilemque faselum.*

Praeter pro ante vel per. Varro Eumenidibus: *en domum praeter matrem deum aedem exaudio cimbalorum sonitum.* Cicero in Verrinis lib. II: *praeter oculos Loli ferebant.*

Faetiales apud veteres Romanos erant, qui sancto legatorum officio ab his, qui adversum P. R. qui aut rapinis aut iniuriis hostili mente conmoverant, pignera facto foedere iure repetebant: nec bella indicebantur, quae tamen pia vocabant, priusquam quid fuisset faetialibus denuntiatum. Varro de vita P. R. lib. II: *itaque bella et tarde et magna licentia suscipiebant, quod bellum nullum, nisi pium, putabant geri oportere; priusquam indicerent bellum is, a quibus iniurias factas sciebant, fetiales legatos res repetitum mittebant quattuor, quos oratores vocabant.* Idem lib. III: *si cuius legati violati essent, quid fecissent, quamvis nobiles essent, uti dederentur civitati, statuerunt fetialesque viginti, qui de his rebus cognoscerent, iudicarent et statuerent et constituerent.*

Atque particula, si dili- (p. 530.) gentius intellegitur, multam habet significantiam, ut vel illud est Enni: *atque accendit muros Romana iuventus;* quod est, festine et intrepidanter accendit. Significat etiam celeriter et statim; ut Virg. in Georg. lib. I: *si brachia forte remisit, Atque illum in praeceps prono rapit alveus amni.* Habet etiam huius modi intellectum, ut dicas: aliter ego feci vel locutus sum atque tu, hoc est, aliter ego ac tu vel quam tu.

Intra non solum id significat, quod consuetudine persuasum est, ut intra modum, hoc est, a modo minus; sed etiam, in ipso modo, ut intra Calendas dies etiam ipsae Calendae accipi

(p. 329.) *lab.* ante A. *labores* princ. *labor est* 1480. *labor* AJM. *Plautus* p. 3, 29. *datum est, opera* edd. praeter princ. *Afranius* p. 433, 30. *deinde aliquid ded.* M. *Varro* p. 336, 9. *attabos* W, M. *athabes* princ. *acta vos* 1480. *attelabus cum volucris* cjJ. *psittacus* cjMarcilius. *ad quos tum v. v. pusillos . . nid. esca vilis* cjScal. *volucris* M. Marcil. *lim. ipsa vilis* cjPopma. *lim. indica* edd. *a limine indico* cj Marcil. *en demum* Popma. *matris* J, Popma. *oculos soli* L, ante M. *Lolli* mgJ. M. *pop. Rom. vi aut* M. *foedera* L. *priusquam id fuisset* cjM. *et magis lic.* princ. *nec magna* Perott. *et nulla lic.* AJ. *et magna diligentia* cjNiebuhr. *prius indicerent* W, 1480. M. *et priusquam ind.* 1526. J. *iis* vel *his, a quibus* edd. *cuius ligati* W. *si ius l. violatum esset* cjLips. *qui id fec.* edd. praeter princ. *et statuerent, constituerunt* Perott. M. *Atque par-* (p. 530.) *ticula* etc. cf. Gell. 10, 29. *Ennii: atque atque* cjBentin. 1526. JM. *ascendit* 1480. AJ. *accedit* cjM. *Intra non solum* cf. Gell.

debeant; ut, intra oppidum etiam, intra cubiculum cum dicitur, in oppido et in cubiculo dictum esse videatur. Idque ita positum in multis veteribus, et non ita claris scribtoribus invenitur.

Negativas duas negativam significantiam nobe habere, Varro Vimarco: *τρόπων τρόπους qui non modo ignorasse me clamat, sed omnino omnis heroas negat nescisse.*

Quod ludis pueri praesules essent glabri ac depiles propter aetatem, quos antiqui Romani lydios appellabant, (ut est in lib. i. Varronis de vita P. R.) ideo Plautus in Aulularia: *tu istum gallum, si satis, Glabriorem reddis mihi, quam vulsus lydius.*

Deinsuper. Sallustius Hist. lib. i: *Sertorius partis turbam orantibus, et nullo, ut in terrore semet, generis aut imperii discrimine, per calonum corpora ad mediam quasi: dein super stantium* (p. 331.) *manibus in murum adtollitur.*

Sifilare (quod nos vilitatem verbi vitantis sibilare dicimus, et est maledica vocis significatio vel contumeliosa popularium, cum sifilationibus quis exploditur) a Graeco ducere originem invenimus. Huius rei auctor est venerabilis Homerus, id est lib. xiii. Iliados: *ἀλλ᾽ ὁ μὲν ὡς ἀρόλοπο, θεὸς δὲ δὲ σειcλώνσειε!*

Nubentes veteri lege Romana asses iii. ad maritum venientes solere pervehere atque unum, quem in manu tenerent, tamquam emendi causa, marito dare; alium, quem in pede haberent, in foco Larum familiarium ponere; tertium, quem in sacciperione condidisset, conpito vicinali solere resenare. Inde Virg. Georg. lib. i: *teque sibi generum Tetys emat omnibus undis.* Quos ritus Varro lib. i. de vita P. R. diligentissime percucurrit.

Secundum non solum numeri est ordinis, vel prosperum, quod plerumque positum legimus, sed etiam iuxta. Varro de vita P. R. lib. i: *Tullum Hostilium in Velis, ubi nunc est aedis deum Paenatium; Ancum in Palatio ad portam Mugiones secundum via sub sinistra.* Virg. Georg. lib. iii: *pascuntur vero silvas, et plana secundum Flumina.*

Fornum et fornaces dicuntur a forno, quod est calido: inde forcipes, quod candens teneant ferrum; ut Virg.

12, 13. *intra opp. et intra* 1480. M. *veteribus, sed non* AJ. *nobae*, sed corr. ut sit *ob* L. *nove* AJM. *quo non*, *i* superscr. W. *quae non* J. *Vimarco περὶ τρόπων: quae non* M. *praesulis . . depilis* W, L m. 1. princ. *ludios* M. *si sapis* edd. praeter princ. *reddes* JM. *v. ludius est* M. *Sallustius* p. 282, 20. *parthis* 1526. J. *portis t. morantibus* M. *terrore solet . . medium* 1526. JM. *quasi in deinsuper* mssM, W. *evasit* M. *instantium, in* inducto W. *inde* (p. 331.) *superstantium* cjM. *evitantis* L. *ἀλλ᾽ . . ἀπόλοιτο θ. δέ ἑ σιφλώσειε* JM. *solebant ferre atque* edd. *marito daret*, ultimo *t* inducto L. *marito darent* W, princ. mgJ. *Larium* L m. 2. 1480. AJ. *familiaram* W. *tertium in secc.* L, ante M. *sacciperio* cjBeroald. et Popma. *condidissent* edd. praeter princ. *resonare* ante M. *donare* cjLips. *donare* vel *resignare* cjPopma. *rezonare* cjPalmer. M. *reserare* cj Roth. *percurrit* ante M. *et ordinis* AJM. *vita P. R.* W (semper), et L dehinc plerumque, cum in superioribus *populi romani* habere soleat. *in Veliis* princ. Popma. *penatum* ante A. *Mugionis s. viam* edd. *sinistram* princ. *Virg.* p. 387, 7. 389, 21. *et plena* 1480. AJM. *quae coquebat* ante M. *coquebant* cjV. D. *qui*

lib. VIII: *versantque tenaci forcipe massam.* Varro de vita P. R. lib. I: *cocula, qui coquebat panem, primum sub cinerem, postea in forno.* Cuius utri-(p. 532.) usque vocabulum a forno ductum, id est a caldore.

Aere diruti appellabantur milites, quibus propter ignominiam stipendium, id est, merces menstrualis aut annua, quae esset in nummis aereis, subtrahebatur. Varro de vita P. R. lib. II: *stipendium appellabatur, quod aes militi semenstre aut annum dabatur; cui datum non sit propter ignominiam, aere dirutus esset.*

Negativas duas pro negativa una accipiendas Varro monstravit de vita P. R. lib. II: *qua abstinentia viri mulieresque Romanae fuerint, quod a rege munera eorum noluerit nemo accipere.*

Tabernas non vinarias solum, ut nunc dicimus, sed omnes, quae sunt popularis usus, auctoritas Romana patefecit. Varro de vita P. R. lib. II: *hoc intervallo primum forensis dignitas credit, atque ex tabernis lanienis argentariae factae.*

Statilinum et statanum et fabolinum praesidis deos Varro Cato, vel de liberis educandis puerilitatis adfirmat: *ali Statano et Statilino, quorum nomina habent scribta pontifices. Sic, cum primo fari incipiebant, sacrificabant divo Fabulino.*

coquebant cjOdofMüller. *cinere* 1480. AJ. (p. 532.) *id est caldore* L, princ. *ignomiam* L. *aeris* M. *semestre aut annuum* edd. *quod agere m.* W m. 1. *populares* L, princ. *furensis* W. *crevit* AJM. *lanignis* W, ante A, M; etiam in L *g* superscr. *ligneis* AJ. *lineis* cjPopma. *Fabulinum praesides* mgW, edd. *puerilis aetatis* cjJ. *ab Statano* ante J. *pontificis* L.

Cap. XIII.

INCIPIT DE GENERE NAVIGIORUM.

Celox est navigium breve, dictum a celeritudine. Plautus in Asinaria: *unde sumam? quem intervortam?* (p. 533.) *quo hanc celocem conferam?* Idem in Captivis: *vidi in publica celocem ibidem ullum adulescentulum.* Idem in Poenulo: *obsecro hercle operam celocem hanc mihi, nec corbitam date.* Turpilius Lemnis: *remulis sensim caelox ab oppido processerat.* Varro Her-

(p. 533.) *quo intervortam?* cjHerm. *publica celoce* AJM. *ullum adul.* *Idem* om. W, ante A, M. *illum adol.* AJ. *Idem in Poen.* p. 533, 12. *ne corbitam* JM. *Hercles* W, mgJ. *arce*

cules tuam fidem: *procella frigida arte obruat celocem.* Idem Vimarco: *nautae remivagam movent celocem.*

Corbita est genus navigii tardum et grande. Plautus in Poenulo: *tardiores, quam corbitae sunt in tranquillo mari.* Idem in eadem: *obsecro hercle operam celocem hanc mihi, nec corbitam date.* Lucilius Satyrarum lib. xv: *multa homines portenta in Homeri versificata Monstra putant, quorum in primis Polyfemus ducentos Cyclops longus pedes: et porro huic maius bacchillum, Quam malus navis in corbita maximus ulla.*

Horia dicitur navicula piscatoria. Plautus in Rudente: *salute horia, mari fluctuoso.* Idem in eadem: *mea opera, laborare, et rete, et horia.*

Cercyrus navis est Asiana pergrandis. Plautus in Sticho: *cum percunctor portitores, etquae navis venerit Ex Asia, negant venisse: conspicatus sum interim Cyrcerum, quo ego me maiorem non vidisse censeo.* Lucilius Satyrarum lib. viii: *verum flumen uti atque ipso divortio igneis pedibus cyrcerum concurret equis.* Idem lib. xiiii: *ad regem legatus Rhodum, Etbatanam ac Babylonem Ibo; cyrcerum summam.* Plautus Mercatore: *aedificat navem cyrcerum, et merces emit.*

Lembus, navicula brevis (p. 534.) piscatoria. Accius Deifoebo: *eo ante nocte externa retia ut praeveherem et statuerem, Forte aliquanto solitus lembo sum progressus longius.* Turpilius Leucadia: *ortari nostros coepi ilico, Ut celerent lembum.* Idem Lemnis: *lembi redeuntes domum duae ad nos certam adcelerarunt ratem.* Virg. Georg. lib. i: *quam qui advorso vix flumine lembum Remigis subigit.* Sisenna Hist. lib. iii: *Otacilium legatum cum scafis ac lembis.* Plautus Mercatore: *dum haec aguntur, lembo advehitur tuus pater paxillulo.*

Myoparo est navicula piratarum. M. Tullius de Re publica lib. iii: *nam cum quaereretur ex eo, quo scelere inpulsus mare haberet infestum uno myoparone? eodem, inquit, quo tu orbem terrae.* Sallustius Hist. lib. iii: *et forte in navigando cohors una grandi faselo vecta a ceteris deerravit, marique placido a duobus praedonum myoparonibus circumventa.* Sisenna Hist. lib. iiii: *navisquae triginta biremis, totidem myoparonas.*

Faselus, navigium Campanum. Var-

10 *obr.* 1480. *ante obr.* Popma. *sunt et in tr.* L, princ. *Idem* p. 533, 4. *ne corb.* JM. *corbitan* W. *Homero* 1526. J. *versi ficta* L. *versibus fata* cjFruter. *versibus ficta* cjRoth. *Cyclopes* ante M. *togus pedes* 1480. *coclites et* AJ. *bacillum* edd. *navi* cjJDusa, Voss. *Oria* (semper) 20 mgJ, Palmer. *salute horiae* mgJ, M. *labore* M. *et recte* L. *Cyrcerus* mgW. *Cercurus* (ubique) . . *ecquae* AJM. *flumine* cjJDusa. *ligneis* . . *aequis* AJ. *divortio aquarum Ilignis p. c. concinit aequis* mgJ, Dusa. *Ecbatanam* AJM. 30 *summam*W. *noctem, hesterna* cjScriv. (p. 534.) *ego autem n. hesterna* cjBergk. *extrema* J, Voss. *noctem extremam* vel *noctem extenta* cjBothe. *provcherem* ante M, Scriv. Bothe, Bergk. *aliquanto, quam sol.* J, Scriv. Bergk. *solito* cjGerlach. *celerarent* AJ, Bothe. *duo* JM. *adverso* L, edd. *Remigiis* edd. *tuus pater* 10 om. L. *pauxillulo* AJM. *M. Tullius* p. 125, 15. 318, 14. *Sallustius* p. 534, 26. *tot.* 20

ro Desultorio, *περὶ τῦ ῥάφειν*: *alius domini delicias faselon actum tonsillitoremovilem flictam solvit.* Sallustius Hist. lib. III: *et forte in navigando cohors una grandi faselo vecta a ceteris deerravit.* Sisenna Hist. lib. IIII: *prores actuariae, tragi grandes ac faseli primo.* Lenunculus, navigium piscatorium. Sallustius Hist. lib. II: *primo indicit forte per noctem in lenunculo piscandis.*

Actuariae, naviculae celeres, di- (p. 535.) ctae, quod cito agi possent. Sallustius Hist. lib. II: *ad hoc pauca piraticae actuaria navigia.* Sisenna Hist. lib. III: *quibus occisis, actuarias ad viginti malis, idem conplures honerarias incendunt.*

Lintres, naves fluminales. Virg. Georg. lib. I: *cavat arbore lintres.*

Scafae sunt naviculae, quae maiores naves consecuntur. Sallustius Hist. lib. IIII: *eum atque Metrofanen senatus magna industria perquirebat cum per tot scafas, quas ad ostia cum paucis fides percunctatur miserant.*

Codicarias naves etiam nunc consuetudo appellat, eo quod in fluminibus sint usui. Sallustius Hist. lib. IIII: *quam maximis itineribus per regnum Ariobarzanis contendit ad flumen Eufraten, qua in parte Cappadocia ab Armenia diiungitur: et quamquam ad naves codicariae occulte per hiemem fabricatae aderant.* Varro de vita P. R. lib. III: *quod antiqui pluris tabulas coniunctas codices dicebant, a quo in Tiberi navis codicarias appellamus.*

Pristis, navigii genus, a forma pristium marinarum, quae longi corporis sunt, sed angusti. Claudius Rerum Romanarum lib. XII: *quinque pristis: navigium ea forma a marina belua dicta est.* Virgilius lib. V: *velocem Mnestheus agit acri remige pristim.* Et: *frons hominem praefert, in pristim desinit alvus.*

Cumba. Afranius Excepta: *tum conscendo cumbam interibi luci piscatoriam, Venio, iacitur anchora, inhibent leviter.* M. Tullius de Officiis lib. II: *cumbarum ante pedes multitudo; pro se quisque, quod coeperat,* (p. 536.) *adferebat.*

Onerarias, de oneribus tardas. Sisenna Hist. lib. III: *quibus occisis, actuarias ad viginti naves, item conplures onerarias incendunt.*

myoparones edd. *περὶ τοῦ γράφειν* mgJ, probM. *in aliis* ante M. *in alvis* msPalat. *in alveis* cjGebhard. *delitias* L. *divitias* msPal. *faselon aptus* cjGebb. *faselum actum* cjPopma. *tonsili remo vilem* ante M. *nactus tonsillas littore movit*, *conflictum* mgJ. *faselon aptum tonsilla* cjGerlach. *fluctum secat* msPal. prob Gebh. *Sallustius* p. 534, 18. *una gradi* W. *prorae a. trahi* ante M. *faselo* ante J. *Renunculus* mgJ. *inducit* 1480. *in diem* princ. *incidit* M. *super noctem* AJ. *piscantis* edd. praeter princ. *piratica* JM. *Sisenna* p. (p. 535.) 536, 3. *viginti naves item* 1526. JM. *Georg. liv. ii.* L. princ. AJ. *Metrofanens* L. *metusfanens* princ. *hostia* W. *fidis* J. *percunctatum* edd. *Ariobarzani* AJ. *disiungitur* ante M. *ad* om. princ. *ad id naves* AJM. *marinarium* L. *quin quod navigium* Jun. in Animadv. *quinque pristes* J. *dictum est* JM. *Et : frons* p. 377, 23. *fons* W. *in pristin* L m. 1. *int. lucis* ante M, Neuk. *int. leci* Gronov. *inibent* L. *leniter* Bothe. Neuk. *Sisenna* p. 535, 3. *Angi-* (p. 536.)

Anchorae, vincla, quibus antemnae tenentur. Lucilius: *armamenta tamen, malum, vel omnia servo: Funis enim praecisus cito atque anchora soluta.*

Prosumia, navigii genus. Caecilius Meretrice: *cui proglubernator propere vertit prosumiam.* Idem Aethrione: *de nocte ad portum sum profectus prosumia.*

nae vincla . . atque angina cjTurneb. *Anquinae . . anquina* cjJ, Dusa. *Anquira* vel *ancuira* cjGesner. *ancōra* probWeichert. *vela omnia* mgJM. *qui prog.* 1526. J. *prope* 1480. 1526. J. *qui pro gubernatore se gerens prope evertit pr.* cjBentin. *prosummiam. Idem Antrione* W. *Amphitryone* ante M, probOsann. *provectus* ante M. *profec* W.

Cap. XIIII.

INCIPIT DE GENERE VESTIMENTORUM.

Tunica est vestimentum sine manicis. Titinius Veliterna: *tunica et cogula obuntula adimetur, pannos possidebit fetidos.* Cicero in Catilinam: *manicatis ac talaribus tunicis.* Virgilius: *et tunicae manicas, et habent redimicula mitrae.* Titinius: *quin togis cum candidis, tunicis sordidis sintetdicis.* Plautus Pseudulo: *manuleatam tunicam habere hominem addecet.* Et idcirco manuleatam addit, ne inproprie uteretur. Lucilius Satyrarum lib. I: *praetextae ac tunicae, Lydorum opus sordidum omne.* Idem lib. XV: *scit poeticon esse, videt tunicam et toga quid sit.* Varro Meleagris: *cum etiam alis Menandri tunicam dimissam habet ad talos.* Ennius probro *Carthaginiensium tunicatam iuventutem* voluit dicere. Varro Modio: *quam storum, quorum vitreae togae ostentant* (p. 537.) *tunicae clavos.*

Calautica est tegmen muliebre, quod capiti innectitur. M. Tullius in Clodium: *tune, cum vincirentur pedes fasceis, cum calauticam capiti accommodares.*

Paenula est vestis, quam supra tu-

Tonica (semel) W. (saepius) L m. 2. *et cymbula* ante A. *et cingula* AJ, Neuk. *togula* mgJ, M. *obunctula* mgJ. *obuncula* edd. *adunetur* ante A. *Virgilius* p. 350, 22. *Tit. Quinto: togis* cjNeuk. *syntheticis* cjPalmer. Neuk. *man. adde* L. *man. addidit* 1480. AJ. *sordidum et omne* J. *sordidulum* cjJDusa. *videt, tunica* JM. *Varro* p. 286, 18. *etiam Thais* cjBentin. Gulielm. Popma, M. *demissam* AJ. *habeat* 1526. JM. *Ennius* cf. Gell. 7, 8, 7. *Varro* p. 448, 29. *istorum* edd. *Calantica* ante M. *vin-* (p. 537.) *cerentur* L. *metirentur* msPalat. *accepimus* L.

nicam accipimus. **Pomponius** Pannuceatis: *paenulam in caput Induce, ne te noscat.* Lucilius Satyrarum lib. xv: *paenulam, si quaeris, cantherius, servus, segestre Utilior mihi, quam sapiens.* Varro Virgula divina: *non quaerenda est homini, qui habet virtutem, paenula in imbri.*

Aulea, genus vestis peregrinum. Varro de vita P. R. lib. iii: *quod ex hereditate Attalica aulea, clamides, pallae aureae.* Virg. Georg. lib. iii: *purpurea intexti tollant aulea Brittanni.* Et est tamquam paludamentum barbarici habitus militaris.

Plagae, grande linteum tegmen, quod nunc torale vel lectuariam syndonem dicimus, quarum diminutivum est plagae. Varro de vita P. R. lib. iii: *clamydes, plage, vasa aurea.*

Stolam veteres non honestam vestem solum, sed etiam omnem, quae corpus tegeret. Ennius Telefo: *cedo et caveo cumvestitus, squalida saeptus stola.* Idem in eadem: *regnum reliqui, septus medici stola.* Varro Cosmorenae, περὶ φθορᾶς κόσμου: *mulieres, aliam cerneres cum stola olorfyro.* Idem in Eumenidibus: *partim venusta muliebri ornat stola.*

Palla est honestae mulieris vestimentum, hoc est tunicae pallium. Plautus in Menechmis: *pallam ad* (p. 538.) *frigionem fert, confecto prandio.* Lucilius Satyrarum lib. xv: *cum tecum est, quidvis satis est; visuri alieni Sint homines, spiram, pallas, redimicula promit.* Virg. Aeneidos lib. i: *pallam signis auroque rigentem.*

Strofium est fascea brevis, quae virginalem orrorem cohibet papillarum. Turpilius Filopatro: *me miseram, quid agam? inter vias epistula excidit mihi: Infelix inter tuniculam ac strofium conlocaveram.* M. Tullius in Clodium: *cum strofio adcurate praecingerere.* Plautus in Aulularia: *pro illis corcotis, strofis, sumptu uxorio.* Varro Sesqueulixe: *suspendit Laribus marinas mollis pisar, reticula ac strofia.*

Abolla, vestis militaris. Varro Cosmotorene, περὶ φθορᾶς κόσμου: *toga tracta est et abolla data est ad turbam, ubi sera militia in munera velli ut praestarem.*

Sagum, vestimentum militare. Sallustius Hist. lib. ii: *occurrere duci et proelium accendere, adeo uti Metello in sagum, Hyrtuleio in brachium taela venirent.* Virg. lib. viii: *virgatis lucent sagulis.* M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. i: *pridie Nonas Februarias,*

penula, si JM. *toralem* princ. *lecticariam* mgJ. *diminut. est plagulae* edd. *vela aurea* 1480. AJ. *ex cavea* cjGerlach. *caedem caveo vestitu* cjGeel. *convestitus* cjColumna, M. Scriv. *commenticius* cjBothe. *mendici* cjJ, Leopard. Columna, M. *olysira* 1480. *holoserica* AJ. *holoporphyro* mgJ, M. *partum* edd. praeter princ. ex *u* radendo *i* factum in W. *parum* cjV. D. *est onesti* L. *Plautus* p. 3, 22. *cum tectum* ante M. *Sunt hom.* 1480. Dusa. *spiras.* (p. 538.) *pallam* cjDusa uterque. *errorem* ante A. *horrorem* msPalat. M, Gebhard. *tumorem* AJ. *conlocaram* L, A. *str. quam coll.* J. *crocotis, strophiis* edd. praeter princ. *Varro* p. 542, 11. *marinis* Popma. *pilas, ret.* AJM. *t. detracta . . ad tubam mihi,* (vel *ibi*) *fera militiai mun.* cjPalmer. Voss. *in* om. Popma. *belli* cjJ, Palm. Popma. Voss. *occurre* W. *ad forum sagatus*

cum ad te litteras mane dedissem, descendi ad forum togatus, cum reliqui consularis togati vellent descendere. Varro Virgula divina: *cum neque aptam mollis humeris fibulam sagus ferret.* Sisenna Hist. lib. III: *senatus auctoritate sagaria nunc.*

Paludamentum est vestis, quae nunc clames dicitur. Sallustius Historiarum lib. III: *et eodem tempore Lentulus duplici acie longum editum multo sangui-* (p. 539.) *ne suorum defensus, postquam ex sarcinis paludamenta astari et delectae cohortes intellegi coepere.* M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. II: *Antonius demens ante lucem paludatus.*

Chlames. q. s. Virg. Aen. lib. IIII: *Sydoniam picto clamydem circumdata limbo.* Varro Hercule Sacratico: *cubo in Sardiniais tapedibus: clamidas et purpurea amicula.*

Regilla vestis diminutive a regia dicta, ut et vasilica: *an regillam tuniculam indulam, an mendiculam?* Varro Papiapapae, *περὶ ἐνκωμίων: collum procerum, fictum levi marmore, Regillam tunicam diffingitur purpura.*

Ralla vestis dicta a raritate. Plautus in Epidico: *tunicam rallam, tunicam spissam.*

Rica est, quod nos sudarium dicimus. Plautus in Epidico: *rica, basilicum aut exoticum.* Serenus Opusculo lib. I: *aut zonula, aut acum, aut ricam.* Novius Pedio: *mollicinam, crocatam, ceridotam, ricam, ricinum.* Lucilius Satyrarum lib. II: *hrodyty aurati; ciceetoracia, mitrae.* Turpilius Veliterna: *ducit me secum. postquam ad aedem venimus, Veneratur deos. interea aspexit virginem Instantem in capite riculam indutam onstrinam.* Varro Prometheo lib. I: *aliae mitrant tricenam, aut mitram Mellitensem.*

Caesicium linteolum dicitur purum et candidum, a caedendo, quod ita ad candorem perveniat vel quod oras circumcisas habeat. Plautus in Epidico: *linteolum caesicium.*

Indusium est vestimentum, quod corpori intra plurimas vestes adheret,

cjAbeken, probRoth. *consulares sagati* AJM. *Varro* p. 223, 31. *mollibus* Popma. *saga induunt* cjSchott. Coler. Voss. *s. sumuntur* vel *sumpta* cjPopma. *s. reiecta sunt* cjV. D. *chlamys* edd. *locum editum* 1526. JM. *defendens* (p. 539.) fragmSall. *ostari* W. *hostari* M. *obstari* msPalat. ante A. *obstare* msBasil. prob Gebh. *hastati* fragmSall. *coh. deleri coeptae* msPalat. probGebh. *Clamys* mgW. *q. s.* om. edd. *quod supra* legendum cjRoth. *Varro* p. 542, 15. *Sardinianis* cjJ, M. *Sardianis* cj Ruhnken. *tapetibus* cjJ, M. *clamida sed* W, 1480. AJM. *basilica. Plautus Epidico: an reg.* 1526. JM. *indutam* AM. *induculam* cj Beut. mgJ. *diffungitur* princ. *discingitur* cjJ. *diffinitur* cjScal. *purpupura* W. *quod nunc* AJ. *Plautus* p. 540, 10. 18. *ricam* 1526. JM. *zonulam* edd. *Novius* p. 540, 23. 548, 25. *crocotam, chiridotam* AJM. *ricam, ricinium* (sublato lemmate quod est in Mss. et edd.) cjCarrio, M. *hrodyty* L. *hyodyty* W. *roditi* msBasil. *richuliti* 1480. *hypodyti* (ὑποδύται) cj LudovFerdSchmidt. *auraticae* mgW. *avaritiae* 1480. *ricae et oraria* cjCarrio, probFr Dusa, M. *boracia* msBasil. *boricia* 1480. *ricae, thoracia* cjRoth. *Turp. Hetaera: ducit* cjCarrio, probM. p. 549, 10. *aspexi* cjScal. *gestantem* AJ. *adstantem* Carrio. *iniectam* M. *ric. inclutam* cjGifan. *ostrinam* AJM. *iniecta in caput ricula i. ostrina* Bothe. *mitram* edd.

quasi intusium. Plautus in Epidico: (p. 540.) *indusiata, patagiata; catulam, aut proputulam.*

Patagium, aureus clavus, qui praetiosis vestibus inmitti solet. Plautus Epidico: *indusiata, patagiata.* Naevius Lycurgo: *pallis, patagis, crocotis, malacis, mortualibus.*

Supparum est linteum femorale usque ad talos pendens, dictum quod subtus appareat. Plautus in Epidico: *supparum aut subnimium est, ritam, vasilicam aut exoticum.* Naevius Pedio: *supparum purum, belliensem interim escam meram.* Afranius Epistula: *tace! Puella non sum, supparo si induta sum?* Varro Eumenididus: *hic indutus supparum, Coronam ex auro et gemmis fulgentem gerit.*

Exoticum dicitur peregrinum. Plautus in Epidico: *basilicum aut exoticum.*

Plumatile, aut clavatum aut ex plumis factum. Plautus in Epidico: *cumatile aut plumatile.*

Mollicina vestis a mollicie dicta. Novius Pedio: *mollicinam, crocotam, ceridotam, ricinium.*

Amfytapae vestes dicuntur utrimque habentes villos. Lucilius Satyrarum lib. I: *psilae atque amfytapae villis ingentibus molles.* Idem lib. VI: *pluma atque amfitapoe, et si aliud quid deliciarum.* Varro Manio: *alterum, bene acceptum, dormire super amfitabo bene molli.*

Toga non solum viri, sed etiam feminae utebantur. Afranius Fratris: *equidem prandere stantem nobiscum, incinctam togam.* Varro de vita P. R. lib. I: *praeterea quod intellecto* (p. 541.) *togas ante habebant; ante enim olim fuit conmune vestimentum, et diurnum et nocturnum, et muliebre et virile.*

Laena, vestimentum militare, quod supra omnia vestimenta sumitur. Virg. Aen. lib. IIII: *Tyrioque ardebat murice lena.*

Meretrices apud veteres subcintiore veste utebantur. Afranius Excepto: *meretrix cum veste longa?*

praeter princ. *ricinam* edd. praeter A. *Meli-* (p. 540.) *tensem* AJM. *Plautus* p. 540, 5. 548, 24. *indusiatam patagiatam* 1526. JM. *caltulam aut crocotulam* AJM. *aurea chlamys, quae* 1480. AJ. *vestibus iamdimitti* W m. 1. *Plautus* p. 539, 35. 548, 24. *indusiatam patagiatam* 1526. JM. *Naevius* p. 548, 27. *patagiis* edd. *crocatis* 1480. *malicis* W, 1480. M. *manicis* AJ. *malaciis* mgJ. *mortalibus* mgJ. *quod suptus* W. *Plautus* p. 539, 17. 540, 17. *autem subn.* 1480. AJ. *subminiam* cjBentin. mgJ. *est* om. cjBentin. M. *ricam* edd. praeter 1480. *basilicum* 1526. JM. *Novius Pedio* 1480. 1526. JM. *Veliensem* vel *Velenense* cjLips. probBothe, Munk. *linteum* cj Munk. *asceam* W. *Oscam* cjLips. *meam* cj Munk. *nisi ind.* mg. msVossiani no. 116. *Varro* p. 520, 2. 549, 12. *Plautus* p. 539, 17. 540, 10. *Plautus* p. 548, 11. 33. *Novius* p. 539, 20. 548, 25. *Epidico* W, ante 1526. *crocatam* princ. *chiridotam* AJM. *ricam* A. *ricam, ricinium* JM. *ricam, ricinum* Munk. *utrumque h. billos* L. *plumae atque* cjFrDusa. *divitiarum* mgJ. *super amphitapa* AJM. *viris* W. *quidem* 1476. *et quidem . . toga* Bothe, Neuk. *pr. quoque* Popma. *endo* (p. 541.) *lecto* cjLips. NFaber. *in lecto* Perott. cjJ, Popma, M. (eadem corruptio p. 68, 21.) *id enim* mgJ. *ea enim* Popma. *mil. quo* L. *Virg.* p. 240, 20. 549, 16. *Solet* 1480. 1526. J M. *fluii* L. *fluvii* AJM. *flumina* ante A. *fluxi* cjLindenbruch. *vel opulenti*. *ex ea causa* cj

peregrino in loco Solent tutandi causa sese sumere.

Carbasus, pallium, quo fluvi amiciuntur, vel opulentiae causa, ut sericum aut lino tenui. Virg. lib. viii: *cum tenuis glauco velabat amictu Carbasus.* Idem lib. xi: *tunc croceam clamydemque sinusque crepantis Carbaseos fulvo in nodum collegerat auro.* M. Tullius in Verrem de Suppliciis: *tabernacula, carbaseis intenta velis, conlocabat.* Varro de vita P. R. lib. iii: *eadem postea carbasineo, magis ut pellibus tegerentur togae.*

Praetexta, insigne Romanum, quod supra tunicas honorati quique sumunt. M. Tullius de Suppliciis: *sententiae dicendae locum, togam praetextam, sellam curulem, ius imaginis ad memoriam posteritatemque prodendam.*

Limbus, ut adnotatum invenimus, muliebre vestimentum, quod purpuram in imo habet. Plautus in Aulularia: *textores, limbolarii, alcularii.*

Flammeus, vestis vel tegmen, quo capita matronae tegunt. Plautus in Aulularia: *flammarii, volarii, cariari.* (p. 542.) Ricinum, quod nunc mafurtium dicitur, palleolum femineum breve. Varro Tafe Menippu: *nihilo magis dicere muliebre, quam de muliebri ricinio palleum simplex.* Idem de vita P. R. lib. i: *et quo mulieres in adversis rebus ac luctibus, cum omnem vestitum delicatiorem ac luxoriosum postea institutum ponunt, ricinia sumunt.*

Reticulum, tegmen capitis muliebre. Varro Sequeculixe: *suspendit Laribus marinas mollis pilas, reticula ac strofia.*

Tapete, tegmen unite pictum de coloribus variis. Varro Hercule Socratico: *in omnibus rebus bonis cottidianis: cubo in Sardinianibus tapetibus.* Virg. lib. viii: *qui forte tapetibus altis Exstructus toto proflabat pectore somnum.* Turpilius: *glabrum tapete.*

Culcita. Cicero Tusculanarum lib. iiii: *eripiamus huic aegritudinem. quo modo? conlocemus in culcita plumea; psaltriam adducamus.*

Subucula. Varro de vita P. R. lib. i: *posteaquam binas tunicas habere coeperunt, instituerunt vocare subuculam et indussam.*

Capitia, capitum tegmina. Varro de vita P. R. lib. ii: *tunicas, neque capitia, neque strofia, neque zonas.* Idem in eodem: *neque id ab orbita matrum familias instituti, quod eae pectore ac*

